


CONTRA IVD AEO S  
IERONYMI DE  
SANCTA FIDE, IV-

DAEL, AD CHRISTIANIS-  
mum conuersi. Libri duo:  
Quorum prior fidem &  
religionē eorum im-  
pugnāt. Alter ue-  
ro Talmuth.

ED MANDATVM DO-  
mini Papae Benedicti XIII. facta rela-  
tione. Anno Domini 1412. Men-  
se Augusto in Hispania.

FIGVRI APVD ANDREAM  
Gefnerum F. & Rodolphum Vuis-  
senbachum. M. D. LII.





CONTRA IVDAEOS  
HIERONYMI DE  
SANCTA FIDE, IV-


DAEL AD CHRISTIANIS-  
mum conuersi. Libri duo:

Quorum prior fidem &  
religionē eorum im-  
pugnat. Alter ue-  
ro Talmuth.

R-10197

AD MANDATVM DO-  
mini Papae Benedicti XIII. facta rela-  
tione. Anno Domini 1412. Men-  
se Augusto in Hispania.

TIGVRI APVD ANDREAM  
Getherum F. & Rodolphum Vuif-  
senbachium. M. D. LII.



PRAEFATIO QVAE CON-  
trouersia maximè diuturnæ inter  
Christianos & Iudeos de fide  
ac salutis negotio indicat  
statum & causas perti-  
natiæ Iudaicæ.



*Q*UUM seruator noster Iesus  
Nazarenus Messias & Chri-  
stus Samaritanæ mulierculæ  
dicat, Vos adoratis quod ne-  
scitis, nos adoramus, quod scimus, quia sa-  
lus ex Iudeis est: Quum patriarchas Iudeo-  
rum Abraham, Isaac, Iacob, David & alios  
è quibus Dominus Iesus natus est, secundū  
carnem, summa veneratione amplectamur,  
quod apostolos discipulos Messia, & prin-  
cipes magistros fidei nostræ, Iudeos fuisse cō-  
fiteamur, quum Moysen, et prophetas, vi-  
ros diuinitus Inspiratos fateamur nos Chri-  
stiani, portentis simile videntur. nullam na-  
tionem Christo et Apostolis, & Christia-  
næ institutiōi tam pertinaciter aduersatam

P R A E F A T I O.

fuisse, quam Iudeorum gens fecit, nec face-  
re desinit. Cuius dissidij & concertationis  
pernacissima fundamenta & causas non  
ignotas esse Christianis, multis de causis plu-  
rimum refert. Cuius etiam rei gratia hunc  
librum edimus scriptum à Hieronymo de san-  
cta fide Hispano, genere Iudeo, sed per Dei  
misericordiam conuerso ad Christum ante  
annos 140. Sed opere pretium fuerit, si quis  
rerum Iudaicarum imperitior forte hunc li-  
brum in manus sumit prius cognoscere, quid  
inter Christianos & Iudeos constet, quidq;  
maximè controuersum sit, & quibus de  
causis.

Hieronymus quidem author huius scri-  
pti proponit tria Axiomata religionis. De  
quibus Christianis & Iudeis maximè con-  
uenit. Vnum est Moyse et prophetis plenam  
fidem esse tribuendam, ac eos mereri supre-  
mam authoritatem, ac Iure Hereticum cen-  
seri qui vlla in parte negat eorum scripta.

Alterum est, aliquando Deum missurum om-  
nino Messiam ad seruandum suum populum.

Tertium

P R A E F A T I O.

Tertium caput est. Eum Messiam nascitu-  
rum de stirpe ac linea Davidis regis, Rabbi  
Moses autem filius Maimonis Aegyptius, què  
Hebraei magno consensu proximum faciunt  
beato Mosi prophetarum fonti anno hinc cir-  
citer 400. procul dubio imitatus nostros  
doctores in symbolis fidei scribendis. Vniuer-  
sam theologiam Mosis & prophetarum in  
13. collegit articulos & principia. Quæ ipse  
fundamenta & radices legis appellat. Easq;  
propositiones imprimis catholicas & au-  
thenticas, quippe quæ creditæ beatum faciunt  
hominem, commentariolo adiecto illustra-  
uit. Ac statuit pro Israelita vero habendum  
esse, ac omnibus officijs fraternæ charitatis  
prosequendum. Quisquis illos articulos fir-  
mo corde credit: hereticum autem & Epi-  
curæum esse qui vnum aut plures negat. Eos  
igitur Ebraici symboli articulos referam,  
ordine interim notato, quem Moses Mai-  
monis filius tenuit.

2. Vnus est Deus benedictus. Vnitate sum-  
ma & perfectissima.



P R A E F A T I O.

3. A deo remouere ac separare procul oportet corpus, & omnes accidentes res: vt sit incorporeus, et simplicissimus & sine omnibus accidentibus.
4. Primus est Deus simplicissime, adeoque aternus absq; principio & fine.
1. Qui Deus per se subsistens omnia creauit, & omnibus dat vim subsistendi.
6. Deus ubiq; praesens omnia scit perfectissime tam in genere, quam singulatim & per indiuidua: Idemq; cuncta rectissime gubernat.
10. Deus nouit opera hominum, & ea minime negligit, sed curat maxime.
11. Deus reppendit bonum illis qui legem obseruant & praestant: Vltor autem est in transgressores legis: Nec tantum in hoc saeculo reppendit praemia & pœnas, sed etiã in futuro saeculo, & maxime quidem.
13. Futura est mortuorum viuificatio & resurrectio.
8. Deus legem dedit caelitus ore suo loquens cum Moise in monte Sinai & alibi.

9. Ea

P R A E F A T I O.

9. Ea lex non abolebitur, non mutabitur. non aliam Deus dabit: nihil ei addendũ, nihil detrahendum est: quippe perfecta et sempiterna.
  7. Moses parens est ac princeps omnium prophetarum tum sui saeculi, tum superiorum, tum insequentium.
  12. Credere oportet esse tempus. quo Messias adueniat. Qui si aduentum differat, est tamen expectandus. In illum credere, eum diligere, eum exaltare, illi supplicare oportet.
  5. Deus benedictus solus est colendus et omni laude prosequendus. Nec est simile quid conferendum vel in elementa, & quacunq; ex eis composita sunt, vel in astra & sphaeras, vel deniq; in angelos.
- Et hæc quidem fidei catholicae principia nos Christiani eruditi ex Euangelio & scriptis apostolorum atque prophetarum certissima habemus: quæ vulgus Iudeorum etiam credit ac confitetur: & magistri eorum libris multis ea explicant. Ac veteres quidẽ,

A 4

P R A E F A T I O.

vt magister sanctus & alij etiam Messie diuinitatem, & sanctam trinitatem naturæ diuinæ, Deum patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctum palam & voce clarissima professi sunt. Adhæc Messie incarnationem ex spiritu sancto & virgine, eiusque passionem & mortem & gloriam resurrectionis & cælestis regni, per omnia conuenientes prophetis & Euangelio, & articulis fidei Christianæ.

Vnde igitur tantum inter nos dissidium exortum est, & in quibus maxime propositiōibus consistit controuersia?

Ignorantia parens omnium malorum, vt Petrus ait in libris recognitionum Clementis, & quidem ignorantia crassa & affectata, & inexcusabilis causa est totius contradictionis. Venit enim Messias Iesus Nazarenus, et sermone, testimonijs Mosis atque prophetarum, & operibus multis & maximis clarissime probauit se promissum seruatorem iam adesse. Cui testimonium etiam reddiderunt angeli, sanctissimi homines, pueri.

P R A E F A T I O.

vi. Vultus, inanimateque partes mundi, denique ipsi cacodemones. Verum odio, & inuidia, & superbia, & auaritia excecati magis dilexerunt tenebras quam lucem, quæ ueniens in mundum. illuminat omnem hominem: & regem Messiam atque seruatorem suum negauerunt coram Pontio Pilato ac tradiderunt in manus gentium, et in sese crudelissimi omnium mortalium latrones summet, sententiam damnatoriam receperunt. Exclamantes una voce. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Iidem Iesum pontificem in ara crucis litantem pro salute totius mundi, & pro ipsis precipue supplicantem, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt blasphemis uocibus, irriserunt. Postea etiam reuocantem ad penitentiam per apostolos annis quadraginta, intra quod tempus Euangelium ac regnum Dei per totum orbem apud omnes nationes vulgatum est, Iudei adeo non audierunt, neque agnoscere uoluerunt tempus uisitationis suæ. Vt Iacobum utrumque, & alios Christi Iesu præcones optimos crudeli-

P R A E F A T I O .

ter necauerint. Ideoq; iustissimo Dei Iudicio regnum Dei translatum est ad gentes & domus Synagoga relicta est deserta. Vt vlule, bubones, stryges, dracones, struthionis filia, satyri pilosi, & alia fera ac monstra, vel potius mali spiritus iam domicilium suum maxime teneant. in populo Dei quondam peculiari. Quorum sunt patriarchæ & prophetæ, quorum fuere testamenta & promissiones: ex quibus deniq; Christus seruator omnium natus est. Quibus etiam mensa diuinarū scripturarū uersa est in laqueū & perniciem. Ac vnde piæ mentes alimentum vitale percipiunt, inde infelices Iudei Christo abnegato & amisso stultitiam & perfidiā, & exitium suum hauriunt. Quod eorum furiosa scripta nimium testatur. Vt liber Nitzaion scriptus in Christum & ecclesiam nō ab hominibus sed ipsis diabolis. Ac doctrinale istud volumen. Quod Talmuth vocāt, vel potius speculum, & thesaurus sapientiæ Iudaicæ, & fortalicium atque propugnaculum fidei, quid aliud est quam sentina errorum

P R A E F A T I O .

rorum & stultitiæ, & impietatis? Quid autem loquor de rebus? Ipsum etiam sermonem patrium & sanctum & propheticum dedicerunt infelices Iudei, ante aduentum quidem Christi nō nihil ex contubernio aliæ ingenarū, ut Esdræ historia docet, magis tamen post aduentum Christi quem repudiarent. Ideoq; digni haudquaquam sunt, qui corticem Ebraicæ linguæ penetrare possint, qui nucleum veritatis cœlestis Iesum Christum aspernati sunt. Hæc est causa dissidij Christianorum & Iudeorum quod hi ex ipsis natum hominem, qui Deus est æternus, respuerunt. Nos Christiani quondam gentiles alieni à testamentis dei, recepimus eundem. Nos dei sapientiam & veritatem, & potentiam oblatam singulari gratia, nō respuimus. Isti peculiariter ad se missum, vt seruaret ex foedere diuino, iusserunt & coegerunt ire in vias gentium. Et est illud ipsum dogma primum. In quo consistit controuersia Christianorum & Iudeorum: quod nos confitemur. & credimus & certissime sci-

P R A E F A T I O.

mus, Iesum Nazarenū crucifixum sub Pontio Pilato, esse Messiam promissum Dei filiū æternum. Hominem factum ex spiritu sancto & Maria virgine purissima de domo Davidis. Mox negato filio Dei, cur non etiā negarent patrem deum? Vnde quid aliud sequi potuit, quam spiritum sanctum non esse naturam & essentiam diuinam. Qui à patre & filio Deo procedit? Negato etiā pontifice, qui unico sacrificio tollit peccatum totius mundi vno die, vt ait Zacharias propheta, quid ni valeant adhuc ceremoniæ legales & vmbrae? Adhuc circumcisio, adhuc sacrificia, adhuc lustrationes & iustificaciones carnales requiruntur, quando Christus legis perfectio et impletio apud Deum mentatum populum Iudeorum locum habet? Imò parum fuit oneris quod lex Mosai- ca imposuit, vt delassatos in vijs domini cogeret opitulatorem Iesum brachijs ambobus amplecti. Quin pōderi grauisimo, quod neq; patres, neq; apostoli patriarcharum filij portare potuerunt, adiecere immensa plaustra obser-

P R A E F A T I O.

obseruationum & traditionū magistrū videlicet Iudaici, qui vno digito nō attingunt. Et si vulgares homines in ijs præstandis vires animi & corporis omnes profundant, non aliud tamen habent ex Deo promissum, quam quod Esaias cap. 29. protulit, & Dominus Iesus Christus repetit Mathei 15. Hypocritæ bene prophetavit de vobis Esaias dicens. Populus hic labijs me honorat. Cor autem eorum longe est à me. Sine causa autē colunt me docentes doctrinas & mandata hominum. Et quid quid loquor de ijs operibus, quæ adhuc aliquam habent speciem pietatis & sapientiæ? Versantur miseri in somnis regni Iudaici augustissimi, vt eis in aduentu Messie subdantur dorsa & cernices omnium gentium. Se solos Deo cure esse putant: sibi conditum esse hunc mundum. Reliquos populos et nationes, vix dignos, qui seruiant tantis dominis & imperatoribus, cœli, & terræ, & inferorum. Verum ne angustior fiat vrbs Hierosolymorū, et terra sancta, negant sapientissimi videlicet Iudei re-

P R A E F A T I O.

surrecturos esse impios in fine mundi contra ultimum articulum sui symboli. Nec desunt inter eos, qui feminas etiam excludant à regno Messia, ut quæ resurrectione non sint, ne tanta gaudia inturbent. Vnde probant etiã quod horreo scribere & est in hoc libello sapienter omissum quod Romana curia quidam proceres hodie probant. Deus autem flamma coelitus missa in Sodomis & isrlis urbibus puniuit.

Venimus ad summum. Ex ista massa tamen proditoris misericordia coelestis aliquos adsunit, et ostendit se adhuc salutem istius perditæ gentis velle, modo ipsi Iudæi velint esse salvi, & viam salutis in Christo solo monstratam ingredi non recusent. Quales est Hieronymus iste, & Paulus Burgensis, Paulus de heredia. Paulus Rytius Paulus Paradisus, et alij viri piij & sancti, quorum scripta clarissime testantur, excæcationem Iudæorum non esse in Dei voluntate, nõ in scripturis sanctis. Scdm vitio Iudæorum. Atque utinam miseri homines isrli Iudæi nõ

tan-

P R A E F A T I O.

tantum nobis Christianis librarij sint, & testes iustitiæ simul & bonitatis diuinæ & non etiam Iudices, sicut regna Saba quondam contra illos. Nos enim pleriq; profitemur Christum ore, factis autem negamus: & tenemus clauẽ scientiæ & regni coelorum: non autem ingredimur, & impedim⁹ Iudæos, Turcas, Tartaros ne ingrediantur.



TRACTATUS

PRIMVS AD

CONVINCENTI-

dum perfidiam

Iudeorū.

1  
BIBLIOTECA  
UNIVERSITATIS  
DE  
SARRACON



*Hæc sunt rationes, quæ coram sanctissimo in Christo patre et domino nostro, domino Petro de Luna, in sua obedientia, Benedictus diuina providentia Papa XIII appellato. Presentibus dominis cardinalibus suis, præclaris in sacra pagina, magistris, doctoribus, alijsq; multis notabilibus personis, in mense Augusto. Anno Domini M. CCCC. XII. Pontificatus sui anno XVIII. Per spectabilem virum Magistrum Hieronymum de sancta Fide, ipsius domini Papæ medicum, contra Iudeos, de quorum genere fuit, veri Messia, Iesu Christi, negantes aduentum, proposita & probata fuerunt. Qui quidem, illis probare intendit, & per dicta sanctorum prophetarum, & per doctorum seu Rabbi-*

B

2  
norum authenticorum, ac per eundem authenticorum auctoritates, qualiter Messia aduentus per dicta prophetarum prognosticatus est, et annunciatuſ debebat esse in eodem tempore. Et cum illis conditionibus, actibus, & titulis, quibus domini nostri Iesu Christi aduentus procul dubio extitit conditionatus. Et quia nec per sacram scripturam, nec aliis, quoquo modo reperiri potest aliquem fuisse in mundo, habentem omnium illorum titulorum conditionem, ornatum, & decorem, nisi Christum. Neceſſe fuit aduersus illos coram præmissa præſentia apostolica fuisse conclusum, eundem scilicet dominum nostrum Iesum Christum fore Messiam, ac verum humani generis saluatorem. In lege dei, & per omnes prophetas promissum & annunciatum. Et quamuis in erronea doctrina, per dictos Rabbinos ordinata, et per Iudæos ad præſens obseruata, quæ Talmut appellatur, quæ plurimæ vanitates, hæreses, & abominationes sint insertæ, non solum aduersus legem euangelicam, verum etiam aduersus naturam & scripturam legem,

3  
diuinam bonitatem essentiam. & omnipotentiam, propter quæ prædictum Talmut et obseruatores illius nimirum veniunt acriter puniendi. Tamen cum toto hoc, intentio domini nostri Papæ, pro nunc non est, nisi solum iubere, quod per proprias suorum doctorum auctoritates, eis dictam conclusionem fore veram, scilicet, Dominum nostrum Iesum Christum esse fuisseque verum Messiam, et in lege prophetatum, quem ipsi præstolantur. Quæ quidem rationes in sequentibus duodecim articulis summam et demonstratiue continentur.

Capitulum Primum. Tractat & ostendit, quæ sint illa in quibus Iudæi cum nobis Christianis conueniunt & sunt concordēs, in quibusque discordēs, & qualiter omnis ista discordia depēdet ab illa opinione vel dubio. *Utrum Messias venit, siue non.*

Secundum cap. probat, quod tempus Messie aduentus assignatum erat in fine templi secundi, & paulo ante illius destructionem.

Tertium cap. probat, quod ipse Messias in ciuitate, Bethlehem nuncupata, de terra

*Iuda nasciturus erat.*

*Quartum cap. quod dictus Messias et saluator de quadam virgine nasciturus erat.*

*Quintum cap. quod dictus Messias debebat esse filius dei, & non alterius patris carnalis, eo quod est eadem essentia diuina, cum patre deus vnus: & quod habebat esse verus deus, secundum diuinitatem, & verus homo, secundum humanitatem.*

*Sextum cap. probat quomodo fuit ab Abraham tempore prophetatum, quod reges orientis de gente Sabba, ad regem Messiam adorandum venturi erant, aurum, thus, et myrrham oblaturi pro muneribus eorum.*

*Septimum cap. probat quod ante aduentum Messie omnes anime generis humani descendebant in infernum, propter peccatum primi parentis: & quomodo propter dicti Messie passionem et mortem: anime iustorum que ante ipsum fuerunt, redempte fuerunt ab infernis, & in aeterna & spirituali gloria collocatae fuerunt, & quod dicta passio & mors Messie causa est, quod anime omnium illorum qui crediderint in eum ab*

*ab inferni damnatione seruentur.*

*Octauum cap. probat, quod Messias post tres dies passionis eius, habet resuscitare, & postea ascendere in caelum, atque sedere ad dextram dei patris.*

*Nonum cap. quod Messia legem atque doctrinam nouam daturus erat, & annullare omnia sacrificia que antiquitus fiebant in templo, excepto sacrificio panis & vini, et habebat licentiarum & absolueret ea que ceremonialiter in lege Mosaica prohibita erant, ut puta commestibilia, & huiusmodi.*

*Decimum cap. probat, quod post Messie aduentum, idolatria erat omnino cassanda de mundo, ita quod deus per omnes gentes erat cognoscendus, & quod gentes erant ab eo principaliter saluanda, ex quibus erat nouum populum creaturus, & sacerdotes etiam ad sanctum dei seruitium ducturus. post eius aduentum erat per baptismum aque & spiritus sancti fienda.*

*Vndecimum cap. probat quod conuersatio Messie in humilitate nobiscum & paupertate futura erat. Itaque super asinum ad ierusalem*



plum in habitu pauperis venturius erat, & plurima vulnera & passiones passurus. Duodecimum cap. quod eius aduentus habebat prius per eius predicationē in deserto nunciari, & quia Iudæorum captiuitas fuerit propter ingratiitudinem, quam Iudæi erga eundem Mesiam habuerunt, quemadmodum gratis nuncupatur, & quod ab inde ultra deus clausit cœlum, ne aliquam orationem exaudiat Iudæorum, portas tamen conuersionis verè penitentibus, & baptisari volentibus referabit, & aperta sunt.

Nunc autem cuiuslibet articuli intentionē cū dei adiutorio conabimur declarare.

Capitulum

CAPITVLVM PRIMVM  
in quo exponitur in quibus Iudæi cū Christianitate conueniunt, & in quibus discordant, & quod omnis controuersia consistit: Vtrum Messias quem præstolantur uenerit, annon.



Manifestum est per philosophū, pro ut recitat Galenus, in vñ decimo de ingenio, et in primo de morbo & accidente, quod est necessariū unicuiq; super quocunq; actu habenti disputare, ut quoduis principiū proponatur ab ambabus concessum, super quod eorum fundetur disputatio. Verbi gratia. Si duo medici disputabunt, Vtrum in corpore hominis febrem tertianam patientis sibi romiam fieri sit necesse. Necessarium est, ut omnes sint concordēs in hoc. Quod est quidā lingua qui dicitur febris tertiana, qui quidē colera est in corpore humano certus, quandoq; intus in venis, quandoq; foris. Et quod humor ille ita peccans: è corpore sit euacua-

re necesse, Hoc itaq; ab omnibus concessio-  
 venit quaestio: Virū in languore huiusmodi  
 flobotomiā fieri oporteat, nec ne. Et uterq;  
 tunc eorum pro sua opinionis defensione, suas  
 rationes poterit allegare. A simili modo sit  
 in quaestionibus & oppositionibus diuersis  
 quæ sunt inter Hebraicas obseruationes, &  
 doctriñas datas per Mesiam, in nouo testa-  
 mento, principia, & etiam per omnes con-  
 cessa, & ea in quibus omnes concordamus,  
 de quibusq; fidem facimus ad fundamentum.  
 Principaliter tria sunt. Primū est dare au-  
 thoritatem & plenam fidem omnibus pro-  
 phetis, tam quinq; librorum Moysis, quam  
 ceterorum omnium prophetarum. In tantū,  
 quod quilibet Christianus siue Iudæus existat,  
 qui aliquid huiusmodi negare præsumpsit,  
 proculdubio hereticus censeatur. Secun-  
 dū est quod credat, quod deus habebat mit-  
 tere Mesiam, ad saluandum. Hic est vnus  
 de tredecim articulis, quos Iudæus credere  
 tenetur, pro vt magister Moyses de Aegy-  
 pro, & alij multi Iudæorum, doctores enar-  
 rant. Inter Christicolos uero non est dubita-  
 re,

re, vel non est dubitatum. Tota enim Catho-  
 lica fides super isto fundatur. Tertium est  
 quod idem Mesias de stirpe & linea David  
 esse debebat. Et in hoc non est stare necesse.  
 Est enim manifestum, & ab utraq; parte  
 concessum. Sed ostensis in quibus concordamus,  
 in quibus discordes sumus videamus,  
 propter quæ sequitur tanta discordia & eni-  
 tata separatio inter nos & illos. Si particu-  
 lariter hanc discordiā consideremus, in mul-  
 tis illam et diuersis causis numeremus, tum  
 in sensibus præceptorum veteris testamēti,  
 atque in verbis prophetarum, tum in cere-  
 monijs per Iudæos obseruatis, tum in rebus  
 in nouo testamento, & in Euangelijs sacris  
 tactis. Ac omnibus actibus, quos ponit san-  
 cta Catholica fides in domino & saluatore  
 nostro I E S V C H R I S T O potest repe-  
 riri. Attamen in genere illa sumere volen-  
 tes, videtur prima facie uerisimile, quod om-  
 nia ad duo puncta possunt principalia redu-  
 ci. Videlicet. Primum quod Mosaicam le-  
 gem Iudæus materialiter obseruat, & secun-  
 dum expositiones atq; magistros Talmudi-

stas ordinatas. Christianus non eandem legē spiritualiter obseruat, sed eam intelligit secundum doctrinam per verū Messiam IESVM CHRISTVM in Euangelio sibi datam, & eius apostolos predicatam. Secundum punctum est, quod Messias iste filius Dauid sit, per utramq; partē expectatus. Dicit Iudæus quod nondum venit, Christianus vero eundē iam venisse testatur, qui quidem fuit Ille IESVS Nazarenus, qui in Bethlehem ciuitate tempore regis Herodis, & in fine templi secundi natus est. Ista duo puncta generales quæstiones, vniuersas discordias, particulares controuersias, quæ sunt inter Christianum & Iudæum videntur continere. Sed tamen, si bene etiam consideramus ultimam diffinitionem resignare volentes, reperiemus, quod ambo duo puncta reuertuntur in vnu. Quæstio namq; obseruationis Moysaicæ legis. Vtrum secundū Iudæum debeat materialiter obseruari, aut spiritualiter secundum Christianum. Ab illa eadē quæstione dependet, vtrum Messias venerit, an non. Si Messias nondum venit

pro

pro vt Iudæus opinatur, recte ac licite Iudæus Moysaicam legem materialiter obseruat, pro vt à suis antiquis prædecessoribus & magistra fuerat obseruata, quia secundum eius opinionem, aliquis nondum venit qui secreta eiusdem intellectus & obseruationis eidem Iudæo spiritualiter aperiret. Sed quia Messias, pro vt Christianus credit & affirmat ac veritas est, iam uenit, lex eadem iuxta eandem doctrinam tanquam ab ipso data spiritualiter debet obseruari. Quædam namq; Messia conditionū conditio est, quod legis præcepta declaraturus erat, qualiter intelligi & obseruari debebant. Et de hoc est quædam authoritas posita per magistros Talmut, in prologo libri qui dicitur lamentatio magna, vbi sic habetur. Futurum est, quod deus sedebit, et coram iustis intentionem legis atq; secreta predicabit, et per manum regis Messia referabit. Vnde sequitur, & veritas est, quod quæstio nostra & controuersia cum Iudæis, est querere & inuestigare diligenter, vtrum ille verus Messias fuerit, an non. Cum ergo sit istud principale pū-

Echo rab  
ba.

tum, & in super quod cunctæ variationes  
 & diuersitates quæ sunt inter nos et Iudæos  
 circumferuntur, conuenit principaliter de il  
 lo disputare, & idem fundamentum exami  
 nare, tāquam illud quod est tempore primū,  
 & vniuersorum dictorum sequentium fun  
 damentum. Imò omnium et quorumcumq;  
 variarum questionum, quæ inter Christiani  
 num & Iudæum possunt reperiri. Quoniam  
 quidem loquendo in eo quod est principalis  
 disputatio nostra, dico quod nostra fides  
 Catholica tenet, de homine illo qui nat<sup>9</sup> fuit  
 in Bethlehem in ciuitate Iuda, tempore re  
 gis Herodis, et XXXIII. annis post eius  
 natiuitatem, & XL. annis ante finem tem  
 pli secundi, fuit crucifixus, mortuus & se  
 pultus, descendit ad inferos, tertia die resur  
 rexit à mortuis, & ascendit ad cœlum, fore  
 atq; fuisse verum Messiam, in lege, atq; per  
 prophetas à deo promissum. Et vt dicta con  
 clusio plenè & perferctè probata sit, eundē  
 regulam in illo seruari oportebit, quam bo  
 nus Chirurgicus in curatiōe vulneris serua  
 re cōsuevit. Quā quidē vt ipse sanetur infir  
 mius

Cōclusio

mus, necesse habet idem aperire, & instru  
 mento indagare, imò si impossibile sit omnes  
 angulos inspicere vulneris, vt corruptio &  
 omnis putredo tollatur. Quo facto tollet me  
 dicinas consolidationis vulneri, & super im  
 ponet, quod membrum taliter vulneratum  
 ad pristinam valeat reduci sanitatē. Et hæc  
 intentio Osee propheta in 7. cap. vbi ait.  
 Cū sanare vellem Israel reuelata est iniqui  
 tas Ephraim, & malitia Samaria. Idcirco  
 vt sequatur hæc regula & verificatio dictæ  
 conclusionis, oportet omnes argumentatio  
 nes recitare, quas Iudæus contra dictam po  
 terit facere conclusionem, & causas quæ  
 ipsum in errorem hunc impellunt, referare.  
 Iudæus namq; contra dictam conclusionem  
 poterit arguere dicens. Nunquid ignoras tu  
 Christiane quòd Messias habuit soluere po  
 pulum Israel? Illis namq; saluatio proxima  
 est, sicut scribitur per multos prophetas. Sed  
 homo iste de quo agitur fecit contrariū, quia  
 statim post eius aduentum, venerunt Roma  
 mani, & regnum eorum destruxerunt, ciui  
 tatem & templum ac magnam partem po

Rationes  
 Iudæoꝝ  
 contra cō  
 clusionē.

I.

- puli gladio interemerunt, residuum vero in  
 2. Hodiernam captiuitatem posuerunt. Ergo ille non erat verus Messias in lege promissus. Item arguet sic. Vna de conditionibus quã in diuersis sacre scripturæ locis propheta sancti sapissime prophetarunt, fuit, quod Messias debebat Israëliticum populum congregare & receptare gentes in Israel, velut dominum. Vnde secundũ hoc erat expediens quod tempore sui aduentus Iudæi positi essent in captiuitate, de qua ipse Messias trahere debebat eosdem & reducere in Ierusalem. Sed iste quem dicis fuisse Messiam fecit contrarium, quia quando venit, Iudæi erant in Iudæa & Ierusalem, in bona tranquillitate, cum Herode eorum rege. Et paulo post eius aduentum fuerunt ab eorum inimicis expugnati, victi & destructi, à patria expulsi et per diuersas mundi partes dispersi ac positi in captiuitate, ergo non erat ille Messias.
3. Item arguet tertio: Messias debuit edificare templum ut habetur Zachariæ 6. cap. dum loqueretur de Messia. Ecce inquit vir oriens nomen eius, & super eum orietur & edificabit

cabit templum domino. Et ideo secundũ hoc in tempore sui aduentus templum debebat esse destructum, sicut est hodie et ipse veniens readificaret illud. Sed vice versa quãdo iste venit, quem tu asseris Messiam, templum in tranquillo statu florebat, et mox post XL. annos ab eius passione combustum est et omnino destructum, ergo non erat ille Messias. Quarto arguet: Ille quem tu dicis esse Messiam, operam dedit vt legem nouam perhiberet per quã quidẽ plurima mutauit Moysaica legis, quæ lex & eius mandata vsq; in sempiternum seruari debuerunt, attestante Malachia cap. ultimo suæ prophetiæ in fine. Mementote inquit legis Moysi serui mei quã mandauit ei in oreb ad omnẽ Israël præcepta & Iudicia, Ex quibus verbis apparet quod illa lex minime debuit immutari, sed iste quem tu opinaris fuisse Messiam, mutauit illam ergo non erat ille Messias. Iste sunt argumentationes quas Iudæus cõtra Christianum facere poterit aduersus dictam conclusionem. Omnes tamen istas argumentationes liquide possumus & realiter soluere per

Causa er-  
roris Iu-  
daici.

verba textus et authoritates, quas cum dei gratia consequenter proponam. Dico tamē vobis in genere, quo ad præsens, quod causa unde Iudæo errores isti & alij multi perueniunt est, quia Iudæi sacræ scripturæ vocabula materialiter acceperunt, de spiritali autem significatione nil penitus attēdentes. Quam si ad plenum per libros de Talmut & magistrorum suorum authoritates uestigaret, ad literam liquide reperirent, quod hæc vocabula scilicet Syon, Israel, Ierusalem mons dei, templū domini, ciuitas Ierusalē & alia huiusmodi, quamuis secundum literale sensum res materiales atq; terrenas aliquando significare videantur, secundum tamen moralem sensum spiritualement habent aliam significationem, quæ utiq; sublimius atque melle & fauo dulcius ab homine interiore degustantur. Quarum moralium significationum Rabi Moyses de Aegypto in primo libro suo cui nomē Maddhaach, maximam partem in lectionibus de poenitentia, cap. 8. describit, ubi sic ait. Præmium quo nullum sublimius est & bonum post quod nullum aliud

aliud bonū est, quod quidē omnes prophetæ desiderauerunt multis nominibus, illud sacra scriptura uocat scilicet mons dei, tabernaculum dei, voluntas dei, templum dei, domus dei, porta dei &c. Doctores autē prædium vocant illud, nec non & mundum futurum. Hæc ille. Item habetur in Talmut in locis diuersis Ierusalem inferior est in pari, vel in fronte, Ierusalem superne. Et Rabi Solomon in glossa in libro de Sanhedria in capitulo quod incipit, Omnis Israel, dicit. Quod illa Ierusalem quam spiritu prophetico edificauit Ezechiel propheta in fine suæ prophetiæ, intelligit de cœlesti Ierusalem. Item habetur in Genesi Rabba, id est Genesi magna, in quadam authoritate quæ expressabitur ultra in. 8. cap. quod dicit Rabi Osna, quod istud nomen Syon, quod nominatur Tysaia, significat paradysum, ubi ait: Et redempti à domino conuertentur & veniēt in Syon cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum. De isto vocabulo manifestum est quod significat gloriam eternā, per illam authoritatem quæ est in Sanhedria in

principio ultimi capituli, ubi sic habetur in eo: Omnis Israel habet partem in gloria eterna, quod probatur ex nobis Isaie propheta cap. 40. sic dicentis. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram. Item, quod istud nomen Israel dicatur moraliter propter gentiles ad fidem dei uenientes, patet per quandam auctoritatem quae est in quodam libro vocato Meheltha, et in libro vocato Abbeih, de Rabi Nathan. Super illud Isaie 44. iste dicit domino ego sum, & ille uocabit in nomine Iacob, & hic scribet in manu sua domino, & in nomine Israel assimilabitur. Et Rabi Salomon in glossa. Iste dicit domini ego sum. Hoc dicitur de summe iustis, & ille inuocabit in nomine Iacob, hoc dicitur de paruulis filijs peccatorum, & hic scribit in manu sua domino, hoc dicitur de peccatoribus, qui poenitentiam egerunt, & in nomine Israel assimilabitur, hoc dicitur de gentibus, quae uenerunt ad fidem, & dei cognitionem habuerunt. Est ergo manifestum per istam auctoritatem, quod omnes qui receperunt uel receperint sanctam fidem,

catho-

catholicam, habent nomen Israel. Demum itaque minime dubito, quod cum Iudeus textus prophetarum iuxta spiritualem significationem considerare uoluerit uocabulorum praemissorum, quod statim argumentorum suorum uidebit solutionem. Ita quod non impugnantur argumenta illa, nec aliquid impediunt in re supra dictae conclusionis. Ad probationem formaliter dictae conclusionis, unam talem faciam rationem siue syllogismum. Homo ille in quo uniuersi prophetarum actus & conditiones tangentes Messiam concordant, ille uerus est Messias. Sed in domino saluatore nostro Iesu Christo omnes sine falso concordant & concurrunt. Ergo dominus IESVS CHRISTVS et saluator noster uerus est Messias. Maior est manifesta & concessa per omnes. Minorem uero probo seu probabo. Sed ante omnia uidere oportet quot & quas conditiones in domino IESU CHRISTO reperimus, quibus per sacram scripturam bene consideratae, ego reperio uiginti quatuor conditiones, uidelicet.

- Primam in tempore assignato, quando Messias venire debebat.
- II. In ciuitate Behlethē ipsum fuisse natū.
- III. De puella virgine fuisse natum.
- IIII. Filiū dei, et nullius hominis carnalis.
- V. Verum deum secundum diuinitatem, & uerum hominem secundum humanitatē.
- VI. Quod reges orientis, de stirpe Sabba ad eum uenerunt cum muneribus ad adorandum, et eius aduentum ciuibus Ierosolymitanis annunciauerunt.
- VII. Quod eius aduentus fuit annunciatuſ per certum præconem in deserto.
- VIII. Quod omnes humani generis animæ ab Adam usq; ad ipsum, propter ipsius primi parentis peccatum descendebant in infernum.
- IX. Quod principalis aduentus eius intentio fuit, ut animas in uitam æternam spiritualem saluaret, non tantum corpora in uitam temporalem.
- X. Quod receperit mortem & passionem, ut iustorum animas quæ ante ipsum fuerunt saluaret, & omnium illorū qui post eum

- eum crederent in illum uidelicet filium dei IESVM CHRISTVM.
- XI. Post mortē eius die tertia resurrexit, ascendit in cœlum, et sedet à dextris Dei.
- XII. Quod mox post eius aduentū fuit destructio templi, et captiuitas Iudeorum.
- XIII. Quod Iudeorum captiuitas propter incognitionem quam contra ipsum habuerūt facta est, quæ dicitur odiū gratis.
- XIIII. Quod dedit legem, & nouam doctrinam.
- XV. Quod post eius aduentum, sacrificia excepto panis & uini sunt omnia annihilata.
- XVI. Quod post eius aduentū omnia quæ in lege prohibita erant, ut cibaria, ceteraq; huiusmodi ceremonialia, gratiose sunt in usum hominum licentiata.
- XVII. Quod post eius aduentum idolatria de mūdo sublata est: & omnes gētes credunt in deum.
- XVIII. Quod saluatio ei⁹ pro maiori parte gentibus facta est, ex quibus una cum Israel creauit populum nouum.



**XIX.** Quod ex gentibus illis quæ venerunt ad fidem sacerdotes ecclesiæ pro cultu dei consecrauit.

**XX.** Quod multa fecit miracula & mirabilia.

**XXI.** Quod eius conuersatio fuit humilis & pacifica, in maxima paupertate.

**XXII.** Quod saluatio gentium post eius aduentum fit per baptismum aquæ & spiritus sancti.

**XXIII.** Quod post mortem eius, deus ne orationes Iudeorum audiret clausit cælum, neque mirum, quia ei sunt odiosi.

**XXIII.** Quod quamuis porta cæli clausa sint ne Iudeorum orationes ingrediantur, porta tamen conuersionis omnibus sunt aperta.

Conditiones iste viginti quatuor in aduentu huius hominis reperiuntur, qui quidem **IESVS CHRISTVS** vocatus est, quod si has met conditiones haberi uterque in Messia debuisse constat, quas quidem neminem reperimus habuisse præter eum, sequitur me recte cõclusisse, dictum dominum **IESVM**

**CHRISTVM**

**CHRISTVM** fuisse uerum Messiam in lege promissum, probatio huiusmodi per dicta prophetarum fieri deberet, uerum tamẽ eo quod eorum uaticinia in quã plurimis locis breuissima sunt & obscura, ita quod quamuis veri sensus eiusdem darentur & expositiones, expers tamẽ ueritatis Iudeus, easdem ueras nostras, pro ut frequenter facere consuevit, declarationes negaret, et eisdem prophetijs secundũ peruersam eius astutiam, alias falsas fingeret glossas & interpretationes. Idcirco diuina gratia mediante, uerificare intendo prædictas 24. conditiones in uero Messia in lege promisso haberi debuisse per auctoritates & glossas per magistros Iudeorum atque magistros Talmudistas nihilominus factas, quorum utique uerba nemo Iudeorum ausus esset quoquo modo negare. Item per Caldaicas translationes, quas quidem Onkelon, & Ionathas filius Ozielis fecerunt, qui fuerunt tempore destructionis tẽpli secundi, quos ipsi Iudæi authenticos habent & in maxima reputatione. Itẽ per modernos glossatores eorũ, ut sunt ma-

C 4

gister Moyses de Aegypto, Rabbi Abraham Abenezra, Rabbi Salomon Gallicus. Magister de Zirona, quorum ordinationibus & dictis in lege observatione, omnes Iudæi hodie reguntur. De autoritatibus novi testamenti & ecclesiæ sanctorum doctorum per dicta probatione Iudæis fienda nullo modo ad præsens me iuuare intendo. Scio namque quod illi probationem huiusmodi non admitterent, quia ipsam omnino suspectam haberent, sed intendo duntaxat ab eisdem Iudæorum doctoribus deducere testimonia & probationes, quibus quidem intentio mea plene probata erit, ut in sequentibus capitulis continetur.

#### CAPITVLVM SE- cundum.

**Q**uod tempus aduentus Messie signatum erat in fine templi secundi Ierusalem paulo ante dei templi destructione, hoc patet per Malachiam in tertio cap. Ecce ego mittam angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum.

plum suum dominator quem vos queritis, et Angelus testamenti quem vos vultis, ecce venit, dicit dominus exercituum. In hac prophetia sunt tria vocabula, quæ huius aduentus appropinquationem significant. Primum. Ecce, per quod vocabulum ea quæ nobis sunt propinqua demonstrantur, imò presentia. Secundum. Statim, quod significat temporis breuitatem. Tertium. Ecce venit quod aduentus corborat velocitatem. Et ob hoc quod dicit ad templum suum, ostendit quod in tempore aduentus eius templum habebat esse in sua constructione tranquilla, quod est contra Iudæos, qui dicunt quod templum habebat desolari, & populus eius in captiuitate vastari, antequam Messias veniret. Item Isaias cap. 46. Hæc dicit dominus, Custodire iudicium et facite iustitiam, quia iuxta est salus mea, ut veniat, & iustitia mea ut reueletur. Et habetur super hoc in bresit Rabi Moyses prædicatorio, quod hoc dicitur de rege Messia, de quo quidem Daniel dicit. Et abducatur iustitia sempiterna. Item Zacharias, cap. 9. Exulta satis filia Syon, iubi-

la filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper, ascendet super asinum, & pullum filium asinae. Ob hoc quod dicit. Ecce, aduentus, significat breuitatem. Cætera omnia in ista prophetia contenta tanquam digito verum Messiam dominum nostrum IESVM CHRISTVM ostendunt. In tali namque habitu, ipse dei filius est Ierusalem ciuitatem ingressus. Valde stupendum quoque est, quod omnes isti prophetae concordēs, & pari voce vnanimiter velocitatem huius aduentus vaticinauerunt. Si tam proluxa temporum spacia ante dictum Messiae aduentum futura erant, quia nempe ab ultimo dictorum prophetarum trium, usque in hodiernum diem, ultra mille septingenti anni dilapsi sunt. Quod si dicatur, quod ceteri prophetae de huius aduentu sic loqui consueuerunt, contra, quia ecce Balaam in libro numerorum cap. 24. dicit. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Quod quidem, secundum Iudeos de David rege prophetabant, usque ad eum quadringenti anni seu plures lapsuri seu fluxuri erant, ea propter

propter necessario ex præmissis prophetijs concludetur siue concluditur, quod post modicum temporis à prophetis eisdem, verus Messias de quo agitur venturus erat. Imò etiam si Iudæus concesserit veritatem esse, quod ex dictis prophetijs Messiae aduentus breuitas referetur. quomodo probare poterit aduentum huiusmodi in fine templi secundi ex eodem tempore, quo dominus noster IESVS CHRISTVS venit, fuisse? Respondeo, quod valde bene deo dante, per multas authenticas prophetias & rationes. Et primo per Esaiam cap. 9. Parvulus inquit natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Nemo dubitat quod ista prophetia de vero Messia loquatur. Esset namque impossibile credere, quod homo carnalis cui diuina non est coniuncta natura, tam excellentissimis titulis nuncuparetur, et potius quia habetur in prolago

Lamentationis Magnæ, Rabbi Ioæ, Galienus &c. Nomen Messia pax est, scriptum est enim pater futuri seculi, princeps pacis. Item habetur in Sanhedrin capitulo, col Israel. dicit Rabbi Tanhu. Quæ est ratio quare qualibet Mem, quæ est in medio vocabuli, sit aperta, & ista Mem de multiplicabitur eius imperium est clausa. Respondet, quia deus voluit facere, ut Ezechias esset Messias. Et venit virtus iudicialis atq; dixit coram deo, domine mundi, David qui coram te tot carmina cecinit atq; laudes, non fecisti Messiam. Et Ezechiam, cui tot miracula fecisti, & ne carmen unum tibi cecinit, facies? Ideo quia deus clausit Mem, eadem hora exiit quædam vox, dicens: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et Rabbi Salomon dicit, quod hoc secretum aduentus Messia, deus dicebat, meum est, & quod propheta respondit, Væ mihi, id est affectans quando veniat Messias ille. Dico ergo, quod ab hac auctoritate possumus cõcludere tria. Primo quod Messias est deus, quia dicti tituli nequeunt præter quam in Deo iustificari.

Secun-

Secundo, quia Messias est de beata Maria virgine natus, ipsa in sua virginitate manente. Illa enim litera Mem nomen suum ostendit, siue in arabico quia dicit Miria siue in Latina Maria, virumq; nomen incipit in Mem. Verumtamen secundum veram orthographiam li lemarba, & multiplicabitur, debuit scribi cum Mem aperta, sed ideo hic singulariter posita est Mem clausa, in medio dictiõis, ut huius virginis Marie virginitatis esset prænotificata. Tertio, & magis facit adpropositum tibi, quod dicta Mem clausa, sui aduentus tempus punctaliter ostendit. Hoc est quod ista prophetia in quarto anno Regis Achas dicta fuit. Et ab eodem anno vsque ad annum templi destructionis, quæ anno XI. regis Sedechie facta est, CL. anni lapsi sunt. Item, duravit Babylonica captiuitas LXX. annis, & templum quod edificauit Neemias annis CCCCL. Summeat CCCCCXL. Ablatis inde XL. annis, quibus passu Christi ante destructionem tẽpli facta est. Restant anni CCCCC. Qui fuit numerus annorũ, ab hora qua di-

Et prophetia prolata est, usque ad passionem Christi, et tantum designat Mem clausa in commentum literarum per ordinem alphabeti. Sequitur ergo, quod in clausura huius Mem tempus redemptionis aduentus Messiae nobis fuit pronosticatum. Item probatur hoc per quandam auctoritatem, in glossa Psalterij contentam, ubi sic habetur. Dixit Rabbi Iohanna, per tres annos cum dimidio stetit gloria dei in monte oliueti, preconizando dicens. Querite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est, Isai. 55. Item habetur in Genesi magna, de Rabi Moysse predicatore, supra illud canticorum primo. Exultabimus et letabimur in te. Quando erit hoc? Quando pedes dei steterint in monte oliueti, tunc et nos erimus gauisuri. dico, quod quia palam patet fore, istos tres annos cum dimidio illa media hebdomada, quando dixit Daniel propter Messiam. Confirmabit autem pactum multis. Ita etiam reperimus factum fuisse, saluator enim noster cum esset etatis XXX. annorum, fuit baptizatus, et de inde usque ad tempus passionis, quod fuit trium anno-

rum

rum cum dimidio, vel quasi per Galileam predicauit, et per montem oliueti conuocans homines ad poenitentiam, propter quod praedixerat Isaias illa verba, quae Rabbi Ioanna induxit, scilicet, querite dominum etc. Item, potest liquide probari, quod Messiae aduentus in eodem tempore debuit esse, per quandam auctoritatem, quae est in Sanhedrin capitulo Col Israel, et in Abodaxara capitulo primo legitur in studio Heliae, sex millia annorum mundus est, duo millia vanitatis, duo millia legis, duo millia dierum Messiae. Item dicit Helias Rabbi Iudae, Mundus non est minus 85. Iubileorum. In ultimo Iubileo veniet filius David. Et glossat Rabbi Salomon, quod huius summa est, quatuor millia ducenti quinquaginta anni, quia quilibet Iubileus est quinquaginta annorum. In ultimo quorum veniet filius David. Notorium est, quod passio Christi fuit circa tempus illud quo erant quatuor millia anni elapsi a mundi creatione. Et quamuis punctaliter non veniret Messias in fine illorum quatuor millium annorum a mundi creatione

Alij allegant hoc caput Hil lec.

præteritorum, non est mirum, quia in minori numero maior varietas inuenitur in lege. Deus etiam prædixit Abrahamæ, quod semen eius habebat cogi in Aegypto in captiuitate CCCC. annis, Gen. 15. & in Exodo II. cap. habitatio filiorum Israel, qui manserant in Aegypto fuit. CCCCXXX. annorum, & quando bene respicimus computum reperiemus quod à tempore quo patriarcha Iacob cum filijs suis descendit in Aegyptum, vsq; ad diem qua fuerunt per manum Moysi filij eorū liberati annorū numerus ultra C CX. non ascendit. Et si amplius inuestigauerimus, reperiemus quod populus Israel in Aegypto pro erat tanquam liber ad libitum suū vsq; post mortem Ioseph, quemadmodū tunc ceperunt cogi, & in seruitutem subijci Aegyptiorū. Et ab hoc tempore subiectionis vsq; ad tempus redemptionis, non sunt ultra centum anni. Nil mirum ergo, si ille doctor authoritatis, sex millia annorum in tres partes diuisisset æquales, ex quo iuxta cuiuslibet partis finem paulo ante siue paulo post facta per eundem narrata contingebant. Quod si aliquis

aliquis dicat, quod secundum authoritatem præmissam, tantus redemptionis aduentus in fine illorum quatuor millium annorum esse debuisset, qui quidem per centum LXX. annus post templi ruinū terminati fuerunt, & secundum hoc, saluatio fuit ducentis annis ante tempus per doctorem assignatū anticipata. Respondeo. Quomodo est mirum? Isaias namq; in cap. 60. de Christi resurrectione vaticinando, ait. Ego dominus, in tempore suo subito faciam illud. Et qui habent oculos ad videndum intelligere possunt rationabilius fuisse, quod dei gratia Messie aduentus ducentis annis antea assignatum sibi tempus præfuisse, quam quod mille ducentis annis idem tempus assignatum prorogatum esset. Item, ad maiorem huius conclusionis probationem, reperiimus in Talmut Ierosolimitano, in libro de Beruchoth in cap. de Iachore & transumptiue in lamentatione magna, vbi sic habetur. Erat quidā Iudeus in agricultura laborando, cuius bos quidem mugit. Bos mugiens aduentum domini nunciat. Arabus autem quidam transiens, vo-

uis mugitum audiuit, dixitq; Iudeo, Iudæe solue boues tuos, et sperne vasa tua, quia diruit sanctuarium vestrum. Et iterum bos mugit, & Arabus ait, Iudæi, liga boues tuos, et prepara vasa tua, quia natus est Messias vester. Et Iudæus. Quod est nomen eius, qui ait. consolator Menahem. Et iterum Iudæus. Quod est nomen patris eius, et Arabus, Exechias, id est fortitudo dei. Et Iudæus, ubi natus est? Qui ait, in Bethlehem Iuda. Dixit Rabbi Aboñi, & quid vobis ab Arabo discere expedit? Textus clarus est in Esaia, qui dixit, et libanus cum excelsis cadet. Et subditur. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Ab hac enim auctoritate, quatuor bene possumus eligere conclusiones. Prima est, quod Messias aduentus fuit circa templi destructionem. Secunda, quod nomen Messias est consolator, & merito, quia per ipsum fuit genus humanum à peccato primi parentes consolatum. Tertia, quod est filius dei, quod notatur ab hoc quod dicit, quod nomen patris eius est Exechias, quod interpretatur deus fortis. Quarta, quod in Beth-

Bethlehem Iudæe natus fuit. Item, habetur in Genesi magno, antiquissimo. Dixit Rabbi Samuel Barnahamã, unde probabis quod in die qua fuit destructio templi natus fuit Messias? Respondit, ab hoc, quod habetur Esaia ultimo. Antequam parturiret, peperit. Antequam veniret partus eius, peperit masculum, in eadem hora qua facta est templi destructio, exclamabat Israel tanquam parturiens. Et Ionathas in Caldaica translatione dixit. Antequam veniret ei angustia, salua facta est. Et antequam venirent ei dolores partus, Messias reuelatus est. Item habetur in eodem libro. Dixit Rabbi Samuel, Barnahamã. Accidit quod ibat Helias per viam, in die qua destructio templi facta est, & audiuit quandam uocem exclamantem, & dicentem. Templum sanctum diruitur. Quod cum audiret, imaginabatur qualiter posset destruere mundum. Profectus autem inuenit homines arantes atq; serentes, quibus ait. Deus iratus est cum mundo, et vult domum suam destruere, & filios suos ad gentes captiuare, vos autem pro victu labora-

tis temporali. Et alia nox audita est, dicens.  
 Sine illos facere, quia natus est saluator Is-  
 raelis. Et Helias ait. Vbi est? Et vox, in  
 Bethlehem Iudæ. Helias autem inuit illuc, &  
 reperit quandam mulierem sedentem ad ostiū  
 domus eius, & filium suum in sanguine reuo-  
 lutum coram ipsa, in terra iacentem. Dixitq;  
 illi, filia, filium peperisti. At illa, ita inquit,  
 & ille, quid est illi, quia sic in sanguine reuo-  
 lutus in terra prostratus est. Et illa, magnū  
 inquit malum est, quoniam in die suæ natiui-  
 tatis, templum Dei destructum est. Et ille, Fi-  
 lia, surge & suscipe illum, quia per manum  
 suam magna salus erit. Eadem hora surre-  
 xit mater eius, & suscepit illum. Helias ve-  
 ro recessit. Post quinq; autem annos, dixit.  
 Vadam & visitabo saluatorem Israelis.  
 Vtrum regio more nutriatur, aut angelorū,  
 Profectus est, reperitq; mulierem ad ostium  
 domus suæ, cui ait. Filia, quid de puero illo?  
 Rabbi, nonne dixi tibi quod cum dolore &  
 labore nutriebatur, eo quod in die in qua na-  
 tus est, templum dei fuerat destructum. Imò  
 deterius est, pedes habet, et non ambulabat,  
 oculos

oculos habet, & non videt, aures habet, et  
 non audit, os ei, nec loquitur, sed iacet velut  
 quidam lapis. Adhuc loquente cum illa. Ec-  
 ce ventus à quatuor partibus mundi suffla-  
 uit, atq; puerum proiecit in mare magnum,  
 eadem hora, vestimenta sua scidit Helias,  
 capillosq; capitis sui priuauit dicēs. Væ, quia  
 perdita est saluatio Israelis, &c. Exiuit au-  
 tem quædam vox dicens. Helia, non est sicut  
 tu opinaris, sed quadringentis animis mora-  
 bitur in mari magno, & LXXX. annis  
 vbi ascendit fumus iuxta filios chore, &  
 LXXX. annis ad portā Rome, & quod  
 restat annorum, per ciuitates magnas vsq;  
 in finem. Videtis ergo liquide, quomodo per  
 omnes authoritates prædictas apparet, aduē-  
 rum fuisse Messia ante templi destructionē.  
 Iudæus autē poterit arguere, dicens, quod di-  
 ctæ authoritates asserunt, quod Messia aduē-  
 tus & templi destructio eadem die fuerunt,  
 & in rei veritate non ita est. A die namq;  
 Christi passionis, vsq; ad destructionem tem-  
 pli, ultra quadraginta anni sunt elapsi. Ad  
 quod quidem dupliciter possumus facere re-



sponsorum, videlicet quod istud nomē Dies, potest assumi stricte vel longe, quia quādoq; sumitur pro tēpore dūtaxat quo sol apparce supra Horizontem, quandoq; vero pro omnibus horis 24. diei naturalis, vt habetur in principio creationis mundi, quandoq; sumitur pro tempore ampliato, pro vt reperimus in Isaiā, cap. 19. vsq; ad 29. vbi fit mentio huius vocabuli, Dies in plurib<sup>9</sup> locis, in quibus necesse habet sumi pro tempore maiori centum annorū. Secunda responsio est, quod quamuis templum post Christi passionē 60. durauerit annis quo ad parietes. Est tamen verum quod domus templi cuius velum fuit scissum à summo vsque ad deorsum in hora passionis Christi totam suam sanctitatē ammisit. Nam quacūq; ibi fiebant miracula cessarunt, & illa fuit maior destructio templi, quā ruina murorum. Probatio huius habetur in libro de Yoma, cap. Septem dies, legunt enim magistri, quod decem miracula fiebant in domo sancta. Non abortiuit mulier præ odore carniū sanctarum, nec fete-  
bant carnes sacrificiorum in tempore vllō,

Cap. 1.  
Decē mi-  
racula.

nec

nec in domo vbi mactabantur victimæ musca visa est. Nec summo Pontifici in die expiationum contigit videre muscam. nec in pane propositionis macula inuenta est. Et licet dū stabant forēt angustiati siue oppressi, genibus flexis aut prostrati in terram ampliatī erāt, nemini serpens aut scorpio nocuit in Ierusalem, & nemo dixit proximo suo cede, cede mihi, quoniam angustias me, cum ascenderunt in Ierusalem, nunquam pluuia ignem altaris extinxerunt, neque ventus fumi columnam ne ascenderent impediuit. Et dixit Rabbi Samana. Imo etiam, quia vasorum fragmenta in loco tēpli vbi frangebantur ibi deglutiebātur. Et dixit Abbae. Imo etiā viscera, quod libet in loco suo, quæ quidē oīa, annis 40. ante tēpli destructionē cessarūt, sicut scriptū est. Signa nostra nō uidim<sup>9</sup>, iā nō est propheta, nec apud nos est sciēs vsq; quo, psal. 73. Item habetur in dicto libro, de Yoma, legunt magistri, quadraginta annis quibus Simeon ministravit, scilicet Simeon iustus. Sors dei in manu dextra veniebat, deinde et vltra quandoq; in dextra quādoq;

Nota mi-  
racula  
quæ cef-  
sauerunt

D 4

Iudæis,  
post Christi  
passionem.

in sinistra. Item coccus lanae ruber vertebatur albus, deinde quandoque sic, quandoque non. Item lucerna occidentalis erat semper incensa, deinde quandoque incensa, quandoque extincta. Item ignis altaris per semetipsum semper accendebatur, nec erat sacerdotibus necessarium semper ut ligna ibi apponerentur, nisi duo manipula duntaxat, ut affirmarent mandatum ligna ponendi, quod habebant, deinde quandoque accendebantur quandoque non. Itaque sacerdotes tota die ponere ligna non cessabant. Item habetur in Talmut Ierosolimitano in libro de Ioma cap. duo edi, legunt magistri, quadraginta annis ante destructionem templi candelae accidentaliter extincta est, et coccus lanae semper rubens existeret, forsque dei in manu sinistra veniebat, et portae templi clauderentur in sero, et in mane reperiebantur aperta. Dicitque ita Rabam Ioanna filius Zachariae, templum templum quare terras nostras iam novimus quod finis tuus erit in destructionem, de te namque prophetauit Zacharias, cap. II. Aperi Libane portas tuas, et comedet ignis cedros tuas. Ex quibus omnibus

bus liquide colligitur quod a tempore passionis Christi, quae fuit 40. annis ante templi destructionem, omnia praedicta miracula cessarunt, sed et eadem hora evanuit scriptum Iuda, secundum quod iam fuerat per Iacob vaticinium. Sic etiam habetur in libro de Sanhedrim. in capitulo Ain Bodquin, et in Abodazara cap. I. Legunt magistri, quod 40. annis ante destructionem templi fuerunt remoti Sanhedrim, idest 70. iudices de consistorio Guazit, et fuerunt positi in Hanoth. Rabbi Salomō glossat, quod Hanoth quaedam domus erat in Ierusalem sic vocata. Dixit Rabbi Abdimi. Et deinde nunquam amplius iudicium criminale iudicavit, eo quod criminale iudicium nisi in consistorio de Guazit non licebat iudicare. Et dicit Rabbi Moses praedicator in glossa, non auferetur sceptrum in Iuda et c. Istud est consistorium de Guazit in terra Iuda, et dux de femore eius, hi sunt Sanhedrim qui sedebant in consistorio de Guazit, nunquam amovebantur criminalia iudicia de terra Iuda iudicando, donec veniat Sylo, qui est Messias. Et dixit

Rabbi Ramon, quando Sanhedrin fuerunt remoti de consistorio Guazit, et potestas ius dicandi criminalia iudicia ab eis fuit ablata. Cooperti sunt saccis, & capillos suos pillauerunt, dicentes. Væ nobis quia sceptrum Iudæ est ablatum, & filius David in mundum venit. Quicumq; non est cæcus in corde suo, satis poterit liquide videre, qualiter sequitur ex præmissis auctoritatibus, aduentum Messia eodem tempore quo dictum est, &c.

Ad maiorem tamen contentationem, patet hoc fuisse verum, propter maximam publicationem, quæ vulgo tunc temporis in ore omnium gentium de Messia aduentu ferebatur. In tantum quod quia viderunt eodem tempore quendam regem, qui regnabat in quadam ciuitate Viter, nominata, & erat vir magnæ potentia, bellator et victor, cui nomen erat Barcofiba, statim reputarunt eum Messiam, intelligentes quod idem tempus Messia assignatum erat, de quo habetur in Sanhedrin cap. Omnis Israel, quia Barcofiba regnauit 30. annis cum dimidio, & dixerat etiam doctoribus, ego sum Messias. Et Rabbi

Cap. He-  
lec.

Rabbi Achiba etiam, quando eum videbat, dicebat, hic est rex Messias. Itē Rabbi Moyses de Aegypto in lib. iudicum in lectionibus regum, dicit sic, Rabbi Achiba sapiens magnus erat, & de maioribus Talmut, et erat armiger de Barcofiba, & assererat de illo quod erat rex Messias, quod quidem non solum ille sed omnes doctores eiusdem temporis crediderunt, quousq; peccatis exigētibus, rex Adrianus eum occidit. Item, possumus per prophetias Danielis conclusionem istam verificare, qui illas 70. Hebdomadas inducit in libro suo. cap. 9. quæ nequaquam de alio quàm de rege Messia intelligi possunt. Et sic exponitur per magistrum Moysen de Zirona, in glossa sua quam dicto libro Danielis fecit, vbi sic ait. Et vngatur sanctus sanctorum. Iste est Messias ex filiis David sanctificati. Rabbi autem Moyses predicator dicit. Et adducatur iustitia sempiterna, &c. Iste est rex Messias. Item habetur in fine libri ordinis mundi, dicit Rabbi Iose, septuaginta hebdomadæ numerantur à primi templi destructio -

Moyse  
Gerul-  
denfis.

Sedar  
Olem.

ne vsque ad destructionem vltimi, hoc po-  
no de captiuitate Babilonis septuaginta an-  
ni: de vltimi templi destructione 420. &  
sunt 490. qui numerus est hebdomadarum  
70. In quarum fine Messias venire debuif-  
set. Et isto eodem modo per Gaon Rabbi  
Sahedias, & Rabbi Abram, & Rabbi  
Aben Hazora utique probabatur, qui ple-  
nius tamen dictarum hebdomadarum volue-  
rit dicere diuisionem in equaliter easdē pro-  
pheta diuisit in 7. videlicet, & 62. & in  
vnam, & iterum vnam in duas medias. Ni-  
colaum autem de Lira require, & glossam  
eius, vbi totū Catholice reperies ac realiter  
declaratū sufficienter, sufficit ad hoc & c.

### CAPITVLVM TER- tium.

**Q**uod dictus Messias in ciuitate nun-  
cupata Bethlehem, de terra Iuda na-  
sciturus erat. Probatur & patet per vaticini-  
um Micheæ prophetæ in cap. 5. vbi ait. Et  
tu Bethlehem ephrata, nequaquam minima

es in millibus Iuda, ex te etiam egreditur qui  
sit dominator in Israel, & egressus eius ab  
initio in diebus eternitatis. Hanc prophetiā  
glossat Rabbi Salomō, hoc mō. Et tu Beth-  
lehem, de qua egressus est Dauid, secundum  
quod per ipsum scriptum est, filius serui tui  
Iesse Bethlemite, ephratum nūcupauit, par-  
uulus est in millibus Iuda, dignus erat fieri  
minor in generationibus miliarium Iuda.  
Et hoc propter labē Ruth Moabitis quæ est  
in te. Ex te mihi egredietur, de te exiet mihi  
Messias filius Dauid, de quo dicit scriptura,  
lapidem quem reprobauerunt edificantes,  
hic factus est in caput anguli. Et sic est Cal-  
daice interpretatum, de te coram me Mes-  
sias egredietur, & egressus ab æterno à die-  
bus eternitatis. Et hoc est quod dicit scrip-  
tura. Ante solem permanet nomen eius, quod  
interpretatur Caldaice. Et nomē eius ab an-  
tiquo dierum à seculo nūcupatum. Huc vsq;  
verba Rabbi Salomonis. Ab hac ergo pro-  
pheta & dicta glossa & cum Caldaica in-  
terpretatione, duæ necessario eliciuntur con-  
clusiones. Prima, est Messia natiuitatē fuisse

in Bethlehem. Secunda, eandem natiuitatē secundum humanam fuisse personam, nequaquam secundum diuinam. Textus namq; & glossa dicunt, quod est æternus & ante solē. Si tamē aduersarius dicat, quod ab his præmissis bene patet Messiam debuisse in Bethlehem nasci, sed inde sibi probari potero, quod realiter et de facto idem natus est, ita vt sequatur exinde, quod ipse iam venit, hoc patet liquide ex eo quod natus fuit in Bethlehem, propter templi destructionem, per illas suas authoritates in primo capitulo, præallegatas de nomine Rabbi Samuel filij Naamā, ex quibus quidem conclusio nostra sine aliqua contradictione verificatur, &c.

#### CAPITVLVM QVARTVM.

**Q**uod noster Messias & saluator, de quadam virgine nasciturus erat, patet per Ieremiam, in cap. 31. Reuertere inquit virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas vsque quo delicijs dissolueris filia vaga? quia creauit dominus nouum super terram:  
**Fœmina**

Fœmina circumdabit virum. Et habetur in Berezit Rabba, dicit Rabbi Osua filius Leui. Veni et uidebis, veni & videbis qualiter non est modus dei, sicut modus carnalis hominis, homo enim carnalis lancea percutit et emplastris medetur, sed dominus deus noster non sic, quia cum eo quod percutit, cum eo ipso medetur, quod quidem reperimus in Ioseph et Israel, Ioseph per somnia percussus est, & per somnum curatus est. Et Israel in virgine peccauerunt, vt habetur Ezechielis 23. & fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt, ibi subacta sunt vbera eorum, & fractæ sunt mammæ puertatis earum. Et in virgine fuerunt puniti, vt habetur in Threnis cap. ultimo. Mulieres in Syon humiliatæ sunt, & virgines in ciuitatibus Iuda, & in virgine sunt consolati. Sicut ait Ieremias, quia creauit dominus nouum super terram, Fœmina circumdabit virum, dicit Rabbi Hamna nomine Rabbi Yddi, quia hic est rex Messias de quo Dauid prophetauerat. Ego hodie genui te. Supra quod etiam Isaias capit. 62.

propter Syon non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. Multum liquide patet per verba dicta authoritatis, & per allegationes quas praemissi doctores faciunt in eos, nostram conclusionem fore bene probatam. Item, est dicta conclusio manifesta per hoc quod in dicto capitulo declarauimus de illa Mem clausa, quae est in illo verbo multiplicabitur eius imperium, quae quidem esse debuisset aperta Mem, in qua nomen beatæ virginis continetur, & eius virginitas mirabiliter significatur. Item, potest ista conclusio verificari per hoc quod habetur Exechielis 44. Et conuertere me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quae respiciebat ad orientem, & erat clausa. Et dixit dominus ad me, porta hæc, clausa erit, non aperietur, et vir non transiet per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Hæc propheta nequaquam intelligi posset realiter, quia non reperimus in ultimo templo, quod fuerit post Exechielem edificatum, quod esset

in

in eo aliqua talis porta, per quam sacerdotes et leuitæ non fuissent ingressi, praesertim porta orientalis, per quam continue non solum sacerdotes, verum etiam & Leuitæ et vniuersus populus gradiebatur, propter quæ necessario moraliter hæc omnia sunt intelligenda. Mystice.  
 Et potius, quia in 40. cap. ubi cœpit loqui de istis ædificijs, ait, qualiter ipse erat in labore, & manus dei duxerat eum in uisione ad terram Israël, & ascendere fecerat eum in montem quendam excelsum, supra cuius cacumen mensuræ ciuitatis mensuratæ fuerant Ierusalem & templum. Et reperimus quod si secundum dictas mensuras templum aliquod esset edificatum, quod illud multo maius fuisset, & ciuitas Ierusalem mundi celebritatem superasset. Et ideo alio sensu necessario mystico debet intelligi, pro ut latius in glossa Nicolai de Lira continetur. Sed de hoc habemus in duobus locis de Talmut authoritatem. Prima, in Sanhedrin in cap. Col Israel, & in Sucha cap. Lulaf Vaarba, ubi sic habetur, dixit Rabbi Abha, edificium templi quod est coram domino nostro

E

Deo, spatium tenet octo millium Leucarū. Scriptum est enim in fine Ezechielis, per circuitum octo millium, nomen ciuitatis ex illa die dominus ibidem. Et Rabbi Salomon in glossa ibi, quod omnia in Ezechiele de Ierusalem scribuntur, de sancta ciuitate Ierusalē superna absq̄ dubio intelligenda sunt, patet ergo per dictam authoritatem, & eius glossam præfatam, quod dicta prophetia sensum intrinsecum habet, qui quidem est iste, quod per Ierusalem congregatio gentium ad Messia fidem intelligitur ventura, quæ proculdubio est vniuersitas Christianorum. Templū vero significat sacratam matrem ecclesiam Catholicam, & sacerdotum eius congregationem, per portam vero clausam, virginis marie intellige virginitatē, per quam nemo nisi dominus deus Israël transiit Humanatus. Nam alioquin hereticum esset credere dei diuinitatem locum aliquem occupare. Sunt ergo illa verba de gloriosa Marie virginitate hoc modo intelligenda, porta hæc clausa erit in conceptione, non aperietur in partu. Et vir non transibit per eam post partum,

tum, quoniā dominus deus Israël dei filius patri coæternus ingressus est per eam, et erit clausa vsq̄ in finem seculorum, quæ quidem omnia satis sunt intelligentibus clara, quod non nisi à cordis duritia languentibus & cæcitate, negari possunt, & c. Item, potest ista conclusio probari per id Isaiæ cap. 7. Ecce inquit virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, & c. Iudeus conatur dicere, quod ista prophetia nõ potest in beata virgine verificari, super quo se putat facere posse plurima argumenta, sed specialiter tria. Primo quoad istud nomen virgo in Hebraico sonat vetula, non tamen alma, & hic ponitur in alma. Secundo, quod hæc prophetia regis Achaz nullum attulisset signū, eò quod natiuitas Christi facta est ultra 500. annos post eum. Tertio, quod beata Marie filius vocatus est Christus, & nõ Emanuel, quod si quæretur à Iudæo, propter quod prolata fuit illa prophetia. Respōdit, propter uxorem Achaz, quæ sibi peperit Ezechiam, cū deus fuerat, iuxta interpretationem huius vocabuli Emanuel, quod

est nomen Deus. Sed tertium certum est, quod nullum istorum argumentorum potest habere locum. Et respondeo ad primū, quod in Hebraico sunt tria nomina quæ unam significationem habent, scilicet Nahara. Vetula, alma, est tamen inter utrūq; aliqua differentia, quoniam Nahara significat puellā, siue virgo existat siue nō. Vetula scēmina est incognita viro siue adolescentula sit siue antiqua. Alma vero nequaquam dicitur, nisi puella & virgo, sic erat beata Maria virgo gloriosa, tēpore suæ conceptionis, & hæc est propria & verissīma horum trium nominum significatio. Et quamuis sacra scriptura quandoq; suas narrationes ampliādo, unum istorum pro reliquo sumat, in hoc tamen loco discrete se habet, hoc solum nomen assumpsit, quod beata dei genetricis virginitati proprius atq; competentius conveniebat. Est autem aliud in hoc nomine alma mirabile secretum, quia alma secundum Hebraicum idioma derivatur à quodam verbo Helum de biniam cabed notaf. Cuius significatio seu translatio est, celo celas celavi. Alma

ma ergo celata significat seu celatio, celata dico, quia virum non cognouit unquam. Celatio vero quia secretū Christi incarnationis ab omni humana natura fuit, nisi à beata virgine, velatum. Contra secundum argumentum dico, quod hoc signum non dirigebatur ad Achaz, postquam propheta inuitauerat eum, dicens, pete tibi signum, ut recedens ab idolorum cultura, conuerteret ad dominum deum suum. Ipse autem Achaz præ cordis duritia signum petere neglexit, Respondens, non petam & non tentabo dominum, propheta ergo ad domum David, rege dimisso, conuertit, ut summum bonum quod eis bonum erat in futurum venturum significaret. Et quia multa mala prius passura erat eadem domus, de infinito bono eadem domui venturo, consolabatur eam, quod quidem patet liquide verum esse, ex eo quod regem Achaz dimisit, & ad loquendum cum domo David se conuertit, quibus generaliter mirabile promisit signum, dicēs, propter hoc dabit dominus ipse vobis signū. Contra tertium argumentū, ubi dicit, quod



nomen filij virginis non fuit Emanuel, sed Iesus, dico, quod plurimas & diuersas prophetias atq; scripturas reperimus & habemus. Messie filij dei, per nomina diuersa. Nam Iacob patriarcha vocauit eum Sillo, Genesis 49. Hoc est, qui mittend<sup>9</sup> est. Dauid in psal. 7. vocauit eum ijnon, id est permanens. Ieremias tercio cap. vocat eum adonai, hoc est dominus iustus noster, Isaias in cap. 8. octo nominibus vocat eum, scilicet. Admirabilis, consiliarius, dens, fortis, &c. Quodlibet namq; istorum nominum erat sibi respectu virtutum suarum attributum, imo & operationum, quæ in nobis ab ipso procedunt. Hoc itaq; nomen Emanuel in est ei, recteq; conuenit, quia significat humanitatem, in quantum dicit nobiscum, atq; diuinitatem, in quantum dicit Deus. Item, ad illud quod dicit Iudæus, quod prophetia dicta fuerat propter Ezechiam, &c. Hoc est falsum. Ista namq; verba regi Achaz in quarto anno regni sui prolata fuerunt, quando Phasæ rex Samariæ & Raxin rex Syriæ ascenderunt, vt expugnarent Ierusalem, vt habetur Isaiæ 7. cap.

cap. Achaz autem regnauit vsque ad 16. annū, pro vt patet in 4. Reg. 16. cap. Mortuo ergo Achaz, regnauit loco eius Ezechias filius eius, cum esset ætatis annorū 25. pro vt patet in eodem libro, cap. 18. Amotis inde 12. annis restantib<sup>9</sup> de regno Achaz patris sui post dictam prophetiam, sequitur quod tempore quo dicta prophetia prolata fuit, erat Ezechias ætatis 13. annorum, præfata ergo prophetia non fuit promulgata de eo, Quod si Iudæus dicat, quod dicta prophetia fuit de quodam alio quam Achaz dicta, aut de Isaiæ filio, esset valde stupendum, quomodo postea non fuisset facta mentio aliqua in textu de Homine tali, cuius tam miraculosa fuerat natiuitas prophetata. Item, patet ex verbis huius prophetiæ, quod signum quod dari uolebat, habebat esse multum excellens & miraculosum, ait etiam. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et Rabbi Salomō in glossa dicit, quod etiamsi peteret quod mortui suscitarentur, aut sol in medio cæli staret, sicut ad preces Iosue factū fuit, quod

si de rebus tam mirabilibus signum fieri pollicitum erat, quo pacto deinde tā leue tamq̃ simplex factum est, vt quaedam puella conciperet unum filium, cū naturaliter istud quilibet die contingat. Quod si diceret, quod per miraculum erat, cum propheta prädixerat, eandem puellam filium masculum esse parituram. Dico, quod hoc non est miraculum, quia hoc idē quidē bonus medicus aut astrologus per naturalia poterit cognoscere signa, quapropter necessario dicere oportet, quod excellentia huius miraculi erat, ut virgo sine viri cognitione cōciperet, filiumq̃ dei sine corruptione pareret, & in æternum virgo permaneret. Hoc etiam confirmatur ab hoc quod dicit prophetia, propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Superfluum etiā esset, dicit ipse, nisi quia notatur ab hoc quod illud opus, per se ipse deus futurus erat. Item, est quaedam ratio quasi naturalis, quā ponit magister Moyses de Aegypto, de qua nos in isto casu possumus iuuare, dicit enim sic. Quod si reperimus quoddam compositū de simplicibus certis, et postea comperimus aliquod

aliquod de simplicibus illis per se extra compositionem separatū definire possumus, quod illud aliud simplex possit aliunde separatum per se inueniri. Verbi gratia, repperimus potagium vocatum oximel, quod quidem ex Zucharo componitur & aceto. Deinde repperimus acetum per se separatum, credere oportet, quod zacharū per se poterimus reperire. Ad propositum. Nos repperimus in diuiduos humanę speciei ex maris & foemine cōmixtione generatos, deinde neminem credendum contradicentem, vnum indiuiduum sine mare & foemina creatū. Iste fuit Adā, deinde repperimus aliud sine foemina, & hoc fuit Eua, oportuit ergo in hoc humana natu-  
**T**ra de foemina dum taxat sine mare generatū fore reperiri. Et iste rex Messias, mundi saluator, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

## CAPITVLVM QVIN- tum.

**Q**uod dictus Messias habebat esse filius dei, et non alterius patris carnalis.

lis, eo quod in eadem essentia esset cum patre vnus, et quod habebat esse uerus deus, secundum diuinitatem, et uerus homo secundum humanitatem, hoc patet per quandam auctoritatē, quæ est in Berexit Rabba, de Rabbi Moysæ prædicatore, supra illud Trenorū ultimo. Pupilli facti sumus absq; patre, dicit Rabbi Barachias Deus Israel sic ait. Vos dicitis nos esse pupillos sine patre. Talis erit mūdi redemptor: quē ex uobis suscitabo, quia non habet patrem, sicut scriptū est, Zacharia cap. 6. Ecce uir oriens nomen eius. & subter cum oriatur &c. Et Isaiæ cap. 53. Et ascendet sicut uirgultum corā eo, et sicut radix de terra sitiēti. Et de ipso dicit Dauid. Ante luciferum genui te. Et alibi, dominus dixit ad me, filius meus es tu. Notandū et diligenter intuentū est, quod hæc auctoritas liquide nostram probat intentionem, quam quidem doctōr ille Rabbi Barachias cum tā nobilissimis prophetis probauit. Item, habetur in libro uocato midras Sirhasirim, id est glossa libri canticorum cap. 3. Egredimini, & uidete filia Syon regem Solomonem, in diade-

diademate quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Dicit Rabbi Ahuna. Inuestigauimus per scripturam uniuersam, & non inuenimus, quod Bersabe Solomoni filio suo diadema fecisset. Est igitur stupendum, quid diadema illud significare uelit. Dicit Rabbi Iohanna. Quæsiuit Rabbi Symeon à Rabbi Elyager, filio Rabbi Ioseph. dicens. Audiuisi unquam à patre tuo, quid esset diadema illud, quo fuerit Solomon à matre sua coronatus. Qui respondit, etiam. Et ille, Quid? & Rabbi Elyager. Ille Solomon est deus, qui à principio diligens Israel uocauit eos filia, ut habetur in psalmo quadragesimo tertio. Audi filia & uide. Deinde pro maiori dilectione, uocauit eos Soror. Canticorum. 5. Apperi mihi soror mea. Postea iam eos summe diligens uocat eos mater, Isaiæ. cap. 51. Attēdite ad me populus meus, & tribus mea mater mea est. Eadem hora surgens Rabbi Symeon, osculatus est eum, in capite. Dicens, posito quod non uere, nā nisi quod hoc uerbū audierim sufficit mihi,

per præmissam auctoritatem patet quod li. Solomon in eodem textu nominatus non est, nisi dominus deus. Et iam est vulgare verbū in Talmut, quod ubicunque in Canticis nominatur Salomon, dicitur de domino deo. Itaq; diadema quo Salomon à matre coronatur, humanitas nostra est, quæ diuinitati eius est vnita, & pro totius mūdi salute p̄fusa, & ideo æternaliter coronata, de quo apostolus, Videmus Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatum. Item, habetur in midras thillim id est, in glossa psalterij supra illud. Cum inuocarem exaudisti me deus &c. Misere mei &c. Dauid auxiebat̄ur nimis, propter peccatum quod cum vxore Uriæ commisit, eo quod populus aduersus eum murmurabat̄, dicens, illi qui ouiculā captiuauit, & pastorem occidit, quomodo poterit saluari, cui deus dilatauit sicut scriptum est. 2. reg. 7. Dixitq; Nathan ad Dauid, dominus quoq; trāstulit peccatum tuū, non morieris. Item, habetur primo Paralipomenō 22. filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus, faciam enim eum requiescere ab

ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam Pacificus vocabitur, & pacem & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. Additur in Talmut, atq; vt ceteri filij non à patribus suis nascetur. Quare hic dicitur nascetur, sed hoc vult dicere, nascetur vt sanet te de peccato tuo, & per eius manum Nathan scriptum est. Misitq; ad eū in manu Nathan propheta, et vocauit nomen eius amabilis domino, eo quod dominus dilexit eum. Notorium est ei qui aliquid videt, quod hic filius dei in ista auctoritate nominatus, & in testibus applicatus eisdem, non erat rex Salomon, nam & ipse non curauit Dauid à peccato suo, et deterius, quia in nouissimo dierum suorum, idolorum cultor effectus est. Propterea de rege Messia necessario est iste filius Dauid intelligendus, qui quidem cum filius Dei esset, cum ceteris omnibus Dauid patrem suum à peccati damnatione liberat. Item, magistri Talmut nobis referunt de Messia natiuitate, & qualiter fuerat primo parēti Adæ, atq; filiabus Loth reuelatum, quod ipse habebat esse filius dei,

in medras Ruth in glossa illius libri, super illud, Aram genuit Aminadab. Rabbi Ananias & Rabbi Iacob, filius Aben dicebant scriptum est in gen. 4. vocauitq; nomen illius Seth, dicens, posuit mihi deus semen aliud pro Abel, aliud semen significauit, pro alio loco venturum, & hic est rex Messias. Item habetur in Beresith Rabba mirim, cap. 6. dicit Rabbi Tanhuma, super illud genes. 19. ut seruare possimus de patre nostro semē, nō dicit filiū, sed semē, et illud erat semen, quod habebat venire ex alio loco, et iste est rex Messias, patet ex hac authoritate, quod filia bus Loth sicut primo parenti, Messia natiuitas fuerat reuelata, et qualiter ab eisdē esset ueraciter exitura, de Moab scilicet, et Ammon filijs eorū, et ideo laborabāt, ut à patre suo obtinerēt illud semē, et ita factū est, quia uerus Messias dominus noster Iesus Christus de Ruth Moabita, et de Nahaman Ammonita uxore Salomonis Raboa uero matre egressus est. Itē habetur in Beresith Rabba magna de Rabbi Moysē predicatore, supra illud Genes. cap. 40. Videbam coram

me

me uitem, hi sunt Israel, de quib; Psalmista. psal. 79. Vineā de Aegypto transtulisti, eie cisti gentes, & plantasti eā. Item uidebā coram me uitē. Iste est rex Messias, de quo scribitur in psal. predicto, & perficc eā quam plantauit dextera tua, & super filium hominis quem confirmaſti tibi. Est plantatio inferior, et plantatio superior et inferior. Hic est Abraham superior, et inferior, hic rex Messias. Perspicue patet, qualiter designat regē Messiam humanum esse debere atq; diuinū. Item, habetur in Midrasilim. super illud psal. & predicans præceptū eius, predicata sunt facta Messia, in lege, & in prophetis, et in scripturis sacris. In lege, filius meus primogenit; Israel. In prophetis, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur et leuabitur et sublimis erit valde. Et paulo post. Ecce seruus meus suscipiā eū. In ps. Ex uero ante luciferū genui te. In Daniele. Aspiciebā ego in uisione noctis, et ecce in nubibus caeli, quasi fili; hominis ueniebat, et usq; ad antiquū dierū peruenit, et in conspectu eius obtulerūt eū, et dedit eis potestātē honorem et regnū, omnes

populi & lingua seruient ei, potestas eius potestas aeterna, quae non aufertur, & regnum eius quod non corrumpetur. Manifeste patet ex auctoritate praemissa, quod lex & prophetae, uniuersaq; sacra scriptura de Messia loquuntur, sed haec & alia plura in disputatione, Iudaei negare non erubescunt. Sed notandum est ad hoc quod dicit, quasi filius hominis; qualiter Messiam deum et hominem ostendit. Item, habetur in eodem libro, dixit Rab. quid sonat illud ps. Apprehendite disciplinam & c. Simile est cuidam regi, qui se contra eiusdem ciuitatis populum indignauit, eunte populo ad filium regis ut pro eis patri suo regi interueniret, suppliciter deprecati sunt. Quo facto, rex placatus est, populus autem cum vellet gratiarum actiones facere regi, dixit eis rex, mihi facitis gratias, non sic, sed potius filio meo reddite. Nam nisi foret pro illo, iam tota ciuitas destructa fieret. Et hoc modo dicit deus, apprehendite disciplinam & c. In omnibus auctoritatibus praemissis clare probatur, qualiter Messias est filius dei. Et probatur etiam qualiter ipsemet est

est Deus, per quaedam auctoritatem, quae est in Berefit Rabba. Cuius talis est tenor, legunt magistri. Decem reges regnarunt a principio mundi usque ad finem eius, qui sunt hi? Dominus deus noster fuit primus, qui mundum creauit. Secundus Nembroth. Tertius Ioseph. Quartus Salomon. Quintus Nabuchodonosor. Sextus Darius. Septimus Cyrus. Octauus Alexander. Nonus Caesar Augustus Imperator Romanus. Decimus Rex Messias, de quo in psalmo 70. Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Et de ipso Daniel in cap. 2. Lapis autem qui percussit statuum, factus est in montem magnum, et impleuit uniuersam terram. Item in eodem ca. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, et cum decimo rege reuertetur regnum ad dominum suum primum, & sic qui fuit primus erit & ultimus. Sicut scriptum est. Isaiæ 44. Hac dicit dominus rex Israel, & redemptor eius dominus exercituum. Ego primus, & ego nouissimus. Et

Zacharia ultimo. Et erit dominus rex super omnem terram. Ecce probatum est per dictam auctoritatem, qualiter Messias ultimus decem regum istorum, ipse est dominus deus noster. Item, probari potest, Messiam fore deum per Isaiam cap. 8. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pavor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum et in ruinam habitantibus Ierusalē. Dicitur in libro Sanhedrin. Non veniet filius David, usquequo sint consumptæ duæ domus paternales de Israel. quæ sunt caput captivitatis Babylonis, & princeps terræ Israel. Scriptum est enim. Ipse enim erit nobis in iustificationem. Glossat Rabbi Salomon. Erit saluator Israel in Sanctuarium, & in lapidem offensionis et petra scandali duabus domibus Israel. Patet ergo clare, quod Messias ille in cuius adventum duæ domus Israel consumendæ sunt, ille merito est, qui dominus exercituum vocatur. Item, habetur in Midrafilim super illud psalmi-

sta.

sta. Quoniam apud te est fons vite. Et dicit Rabbi Ioanna. Simile est hoc homini qui per auxilium cuiusdam lucernæ pergit ad lucem in nocte, quam quidem extinctam à vento iterum incendit, & rursum eam extinguit, & ipse incendit, & hoc facit sepe, demum ipse dicit, ut quid inde tantus labor erit? volo expectare donec solextat, ad cuius lucem faciam iter meum. Simili modo fuerunt filij Israel subingati in Aegypto, & eueniente Mose & Aaron liberarunt eos, deinde fuerunt subingati in tēpore Siffare, et euenientes Barach & Debbora liberavit eos. Et sic in quolibet tēpore, donec dixerūt, valde sumus in liberationibus fatigati, quia eo quod fuerit per carnales homines, confestim sicut prius tribulamur. Sed iam posthac non placeat nisi per deum liberari, & hoc est quod dicit David in psal. 118. Deus dominus & illuxit nobis &c. Dixit Rabbi Hanna, Moyses glorificauit Israel dicens. Beatus es tu Israel, quis similis tui popule qui saluaris in domino? Deut. 33. Non dixit quem saluat dominus, sed qui saluaris à domino. Quia de-

F 2

dixit sic, in hoc mundo vos estis per manus hominū saluati; sed in tempore venturo ego met redēptor vester ero, ita vt deinceps nequaquam ab alio indicati sitis siue subiugati. Ecce quomodo probatur quod Messias est verus deus. Sed quomodo probabimus quod cum sit deus verus sit etiam homo verus. Hoc probatur per quandam auctoritatem quæ est in quodam libro vocato Thorath cohanim id est lex sacerdotum, vbi scribitur sic, quod sonat illud Leuitici 26. cap. Ambulabo inter vos, & ero vester deus, vosq; eritis mihi populus. Simile est istud cuidam regi qui perambulabat hortum suum ad delectationem & solatium habendum, quem cū hortulanus vidisset, abscondit se, & rex dixit ei. Noli timere nec abscondas te à me, quoniam similis tui sum. Similiter tempore futuro deus ambulabit inter iustos, vt solatium recipiat et delectetur cum illis, iusti autem videbunt eum, & expauescent ab eo, quibus deus vtiq; dicet, nolite formidare de me, quia similis vestrum sum. Attamen licet vobis similis existam, ne forte credatis quod

quod timor meus non sit super vos, scitote, quod deus vester sum, vos autem populus meus. Item, habetur in libro ieiuniorum, in cap. tribus temporibus, dixit Rabbi Eliazer, nomine Rabbi Haneabu, futurum est, vt dominus deus noster magnam choream cum iustis faciat in paradiso, & ipse erit in medio illorum, ita vt eorum quilibet possit cum digito insinuare. Quia sicut habetur Isaia cap. 25. Dicit in die illa. Ecce deus noster icte, expectauimus eū. & saluabit nos, iste dominus, sustinimus eum, & exultabimus & letabimur in saluari eius. In quantum bis dicitur, iste, ostenditur, quod visibiliter et palpabiliter habebat apparere inter iustos, qui sunt apostoli, & ecce quam bene intentio capituli probatur & verificatur, &c.

Cap. 4. in  
libro Tanaith;

#### CAPITVLVM SE- xtum.

**P**robat, quomodo Abrahæ patriarchæ tempore fuerat prophetisatum, quod reges Orientis et gentes Sabba ad regem Mes-



siam adorandum venturi erant, et auri atque  
 thuris munera oblaturi, quod per sequentes  
 auctoritates apparet. Primum habetur in Be-  
 resith Zora. Dixit Rabbi Osua. Si dixerō tibi  
 unum verbum bonum, dices tu nomine  
 meo? qui ait, quod est? Et ipse nouimus in-  
 quit, quod omnia illa munera quæ Iacob pa-  
 ter vester dedit Esau, gentes pro tempore re-  
 stituere habet regi Messia. Scriptum est enim  
 Reges Tharsis & insula munera offerent.  
 Reges Arabum et Saba dona adducent. Di-  
 xit ei Rabbi Osua. Bonum verbum dixisti  
 mihi, in vita tua. Ego de nomine tuo dicam  
 illud. Itē habetur in Beresith Rabba, de Rab-  
 bi Moyse predicatore, Sabba filij sunt Abra-  
 hæ. Sicut scriptum est Gen. 25. Et quādo rex  
 Salomon prosperatus fuit in regno suo, dixe-  
 runt, forsitan hic est Messias, & tunc vene-  
 runt ad eum, sicut scriptum est in I. Reg. 10.  
 Sed regina Saba audita fama Salomonis, in  
 nomine domini venit tentare eum, ob hoc  
 quod dicit. In nomine domini, patet quod ha-  
 bebat prophetas qui ei in nomine domini pro-  
 phetabant. Sicut præceptum habebant ab  
 Abra-

Abraham, ut ita facerent. Sed bene proba-  
 tur, quod venturi sunt in tempore Messia,  
 ut seruiāt ei ob hoc quod dicit Isaias ca. 60.  
 Omnes de Saba venient, aurum et thus de-  
 ferentes, et laudē domino annunciantes. Iste  
 est Messias. Ecce per hanc nobilem auctori-  
 tatem, intentio capituli perspicue demōstra-  
 tur. Veruntamen si aduersarius contradixe-  
 rit, quod intētio Isaiæ in hac prophetia erat,  
 quod quando Messias sederit in regno suo in  
 Ierusalem, tunc propter magnitudinem fa-  
 mæ suæ omnes reges mittent ei munera, &  
 venient, ut visitent & glorificent eum. Si-  
 cut Salomoni propter eius scientiæ magnitu-  
 dinem faciebant. Respondeo, quod hoc non  
 habet locum, quia textus dicit. Laudent do-  
 minum, annunciantes quod Hebraice dicitur  
 Iebastheru, quod vocabulum proprie di-  
 citur, quando quis ea quæ nouit ei qui nondū  
 nouit enarrat. Et per modum quo aduersa-  
 rius textum exponit, non sic esset, quia iam  
 illud ciues Ierusalē sciebant, sed eo modo quo  
 factū est in aduentu domini nostri Iesu Chri-  
 sti bene concordat cum hoc vocabulo. An

nunciare. Reges namq; qui tempore natiuitatis Christi venerunt in Ierusalem, quasierunt ab Herode rege et à ciuibus vrbis, vbi est qui natus est rex Iudeorum? sicut ipsi ià istud à prophetis sciebant, sicut dictum est in auctoritate prefata. De quo quidem filij Ierusalem stupebant, cū hoc illud esset eis ignotum, & ideo rex Herodes & populus ciuitatis querebant à sacerdotibus & scribis, vnde rex Messias nasci debebat, pro vt latius Matthæi secundo capite narratur, & hoc modo verbū propheta verificatur proprie, qui ait. Et laudem domino annunciantes, nō tamē secundū quod Iudæi ponūt &c.

### CAPITVLVM SEPTIMUM.

**P**robat quod ante Messia aduentum omnes animæ generis humani propter peccatum primi parentis in infernum descendebant, & quomodo propter dicti Messia passionem et mortem, animæ iustorum quæ ante ipsum fuerant, redemptæ sunt, & ab inferno

ferno reductæ, & in vita æterna & spiritali gloria collocatæ. Et quod dicta passio & mors Messia causa est, vt animæ omnium illorum qui in eum crediderūt ab æterna deprauatione saluentur, hoc patet per auctoritates sequentes. Et primo per quandam auctoritatem, quæ est in libro vocato Midres Ruth, super illud Ruth ultimo cap. Hæ sunt generationes Phares, &c. Dicit doctor, Vbiq; in sacra scriptura reperitur hoc nomen generationes, quod in Hebræo sonat tholdoth scribitur sine Vau vltima, exceptis duobus scilicet. Istæ sunt generationes cœli et terræ Gen. 2. Et istæ sunt generationes Phares, Ruth ultimo, vbi scribuntur perfecte cū vltimo Vau. Dixit Rabbi Barachias, quod huius ratio est, quia in principio creationis mundi deus omnia valde bona & perfecta creauit. Et ideo in libro, tholdoth id est generationes perfecte scribitur cum omnibus litteris suis. Cum autem peccaret Adam omnia facta sunt maculata & imperfecta, & nunquam sunt ad primum statum redacta, quousq; venit Messias, de genere Phares, in

cuius, aduentu & ultra diabolus iam non habet potestatem aduersus creaturas, & ideo illud nomē tholdoth, id est generationes scribitur perfecte. Item habetur in Midras thilim super illud psal. 48. Quiq; terrigenæ & filij hominum: simul in vnum diues et pauper Quiq; terrigenæ. Isti sunt filij Adæ & filij hominum, isti sunt à Noë vsq; ad Abraham, diues, ille est, qui de legis scientia ditatus, & pauper, ille est, qui pauper est legis. Simul in vnum, descendunt pariter in infernum, etiamsi princeps studiorum existat. Li quide patet ex his authoritatibus duabus, quod omnes descendebant in infernum. Item habetur in libro de Hagiga homerbacodes. Dixit Rabbi Elyaxer, aduersus sapientes Thalmut ignis inferni potestatem nō habet, et probat ab illo animali Salamandra, quod ex eo quod ei naturalis generatio est de igne, non comburitur ab eo. Sapientes ergo Talmut omnes ignei sunt, multo minus comburentur. Dico quod ex ista authoritate patet, quod iste Rabbi Elyaxer intelligebat quod omnes sapientes descēdebant in infernum.

num, & ambulabant per ignem sicut Salamandra. Sed erat differentia inter illos & peccatores, quia peccatores comburebātur in igne, sapientes vero minime. Nam si ita non esset magis proprie dicerent, sapientes Talmut non descendunt in infernum, & hoc non aliud est, quam si aliquis diceret, Petrus & Paulus non ponantur in vinculis nec in cathenis, sed ex his verbis intelligetur quod sunt in carcere capti. Et alia authoritas huic similis in Midrastilim, supra illud psalmi. 85. Quia misericordia tua magna est super me: et eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Dixit Rabbi Ioda, Dauid dixit, domine deus adulterantium supplicium est, vt mittantur in profundum inferni, et inde liberasti me. Dixit Rabbi Salomō, quod hoc fuit, quando dixit ei Nathan. Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris. Verisimiliter uidetur ex hoc, quod Dauid erat iturus in infernum, sed gratia sibi facta erat vt descenderet in profundum inferni. Item, habetur in Gen. 37. quādo fuit dictū Iacob, quod fuerat reperta tunica Ioseph sanguine inuo-

luta, propter quod pater suus credebatur filiū suum à fera pessima deuoratum, congregatis autem cunctis liberis suis ut lenirent dolorem patris sui, noluit consolationem accipere, sed ait descendam ad filium meum lugēs ad infernū, quod Hebraicæ scribitur Scheola, & glossat Salomon sic. Scheola ad literalem sensum sepulchrum significat, ad spirituale autem mysterium. Item, Gen. 15. dicit dominus Abraham. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona, Dicit Rabbi Ramon, parentes Abraham idolorum cultores erāt. Thare videlicet et Nachor, quia sic habetur in libro Iosue, ergo ad infernum descenderunt, per consequens & Abraham. Ecce qualiter constabat doctoribus Talmut, quod omnes sancti patres descendebant in infernum, pro ut ex dictis authoritatibus innotescit, et non solum hoc verum est de illis, verum etiam de Moyse sancto propheta, qui facie ad faciem cum deo loquebatur. Ipsi doctores asserunt eundem in infernum descēdisse, hoc habetur in Midras, **Cap. 7. Choelth,** & glossa ecclesiasticis super illud, *iustus*

*iustus* petit in iustitia sua, dicunt sic, hoc dicitur de Moyse, qui quidem factus est similis filius cuiusdam mulieris, quæ cum esset prægnans, eius causa criminis & vinculis imposita peperit filium, & mortua est, ille filius eius iam nutritus in carcere remansit, post alicuius temporis spatium, dum rex per ostium carceris transfret, iuuenis ille clamauit dicens. Domine Rex. Hic natus & nutritus sum, cum ego nihil peccauerim, cuius delicto sum hic? Et rex ei, propter delictum matris tuæ. Ex præmissis rationibus patet, qualiter animæ omnium sanctorū patrum in infernum descendebant. Veruntamen quomodo probabimus quod hoc habebat durare duntaxat ad usq; aduentum Messie, & quod ipse habebat illos inde liberare. Hoc autem ex sequentibus authoritatibus patet. Habetur enim in Berezit Rabba, de Rabbi Moyse predicatore. Dicit Rabbi Osua. Veni ego, inui cum quodam pōdiangulo, usq; ad portam inferni, et misi eum ut infernum à principio usq; ad finem metiretur, et non reperit horam in qua istud posset facere,

eo quod eadem die Rabbi Simeon filius Gamalielis fuerat ausus. Post hoc autem iterū iui cum quodam angelo et ibat mecum Messias filius David, & accessimus vsq; ad portas inferni. Cum autem illi qui captiui erant in inferno vidissent Messiam lucē, gauisi sunt valde in conspectu illius, dicētes. Iste nos ab his tenebris liberabit, quia sic habetur. Osee. 13. cap. de manu mortis liberabo eos de morte redimam eos Isaiā. 35. Redēpti à domo cōuertētur, et venient in Syon cū laude, & lætitia sempiterna super capita eorum. Syō in isto loco nihil aliud est nisi Paradisus, quia similiter et infernus nomina septem habet. Multum bene patet per istam auctoritatem, quod iste doctor nostram auctoritatem confirmat, et intentionem affirmat. Itē in eodem libro sic habetur. Quid vult dicere? illud quod dicit Daniel. 2. & lux cū eo erit, dicit Rabbi Abba, hoc est lux regis Messias, ostēdit nobis quod perfecit deus inde Messiam, & in eius generationem & lucem illam pro generatione illa sub sede gloriæ suæ reclusit. Satan autem dixit coram deo, do-

mine

mine mūdi lux ista quæ latet sub sede gloriæ tuæ? pro quibus est? Dixit ei Deus, pro Messia et generatione sua, dicit ei Sathā. domine mundi, sine me tentare Messiam, et generationem suam, & deus ei, non haberes potestatem aduersus eum, & Sathan. Sine me quia potestatem habebō. & Deus dixit illi. Si in hoc intendis, ego faciam Sathan perdi de mundo, antequam anima quædam illius generationis perdat. Et eadem hora cepit deus facere cum Messia pactum, dicens ei, Messia iuste meus, parata sunt peccata istorum qui sunt inclusi, vt te in labore terribili ponant, oculi enim tui videbunt, aures tuæ magnum repudium à mundi gentibus audient, nares tuæ multos fetores odorabunt, os tuum amaritudinibus faciabitur, lingua tua palato tuo adhærebit, cutis tua siccabitur super ossibus tuis, corpus tuum præ tristitia confractum erit. Si hæc omnia sustinere libet, bene quidē. Si autem noueris quod ego de mundo illos expellam. Respondit Messias. Domine mundi, cum his sum ego iocundus,

Et super me has passiones volo recipere, subtili conditione quod resuscitem mortuos qui ab Adā primo parente vsq; ad præsens mortui sunt, & non solum illos seruabis, verum & quos lupi & leones deuorauerunt, & qui in mari et in flumine petierunt, in diebus nostris saluabis, & non solum hos, sed etiam abortiuos, & non solum abortiuos, verum & illos quos creando præuidisti in extinctione tua, & in mundū creati sunt in diebus meis. Et deus illi ait. Ego hæc omnia tibi cōcedo. Eadem hora Messias omnes passiones supra se amore magno percepit. Et hoc est quod Isaias 53. cap. ait. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Item habetur in Midras choheleth supra illud ecclesiasticus 7. Considera opera dei, quod nemo possit corrigere, quē ille despexerit. Dixit Rabbi Iuda filius Rabbi Ammo. Eadē hora qua Deus creauit adam, cepit eum, & duxit eū per vniuersas arbores paradisi. Dixitq; illi, respice opera mea, quam pulchra & laudabilia sunt, & omne quod creauit, amore tuo creauit. Animaduerte ergo vt non pecces,

ne

ne causam dissoluendi mundum reddas. Nam si in defeceris, nemo est qui possit te reparare, & nihilominus esses causa mortis iusti illius, de quo Zacharie 9. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Et dixit Rabbi Salomon. Impossibile est de aliquo hæc prophetiam intelligi, quā de Messia. Ob hoc igitur probatur, & recte concluditur, quod mors Messie propter peccatum. Adā oportuit euenire, propter quam quidem tota humana natura est ab eodem peccato redempta, & à morte perpetua liberata.

#### CAPITVLVM OCTA- uum.

Quod Messias post tres dies passionis eius habebat resuscitari & ascendere in cælum, atq; sedere ad dextram dei patris. Hanc resurrectionē Oseas propheta 6. cap. sic prophetauit, dicens. Venite & reuertamur ad dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos, percutiet & curabit nos. Viuisficabit nos post duos dies, in die tertia suscita-

G

bit nos, et vivemus in cōspectu eius. Et Rabbi Moyses prædicator in Genes. magno, super id Gen. 22. dicit, autem die tertio. Elevatis oculis, videbat locū procul, dixit, multe sunt in sacra scriptura dierum trinitates, quorū vna est resurrectio Messie. Quod autē sedet ad dextrā dei patris, patet per quandam authoritatem in Midrastillim ita contententem. Dixit Rabbi Ioda in nomine Rabbi Hanne, futurum est quod deus Messiam sedere faciat ad dexteram suam, sicut scriptū est, dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Et in Caldaica translatione sic habetur. Dixit dominus verbo suo. Abraham vero sedebat in sinistris, pallidam faciem habens, et dicit. Et domine meus, filius filij mei sedebit à dextris tuis, & ego à sinistris, & dominus mitigabit eum dicens, filius filij tui est à dextris meis, & ego à dextris tuis. Et eadem hora cōtentabitur Abraham, et hoc est quod dicit David in psal. 17. Et dextera tua suscepit me. Itē habetur in libro de Haggiga in capitulo Endorsin habetur in quadā scriptura in cap. Danielis 12. Sic, Troni positi

sunt, in plurali, et paulo post dicit. Tronus flammæ ignis in singulari. Versus isti aduersari videtur, dicit Rabbi Achiba, non aduersantur, quidā namq; Tronus pro Deo, et alius pro David. Glossat Rabbi Salomō, David ipse est Messias. Item in Beresit Rabba, de Rabbi Moysse prædicatore, supra in Gen. 18. Et Abraham adhuc sedebat corā domino. Quid est quod dicit Psalmista. 17. Et dedisti mihi protectionem salutis tue, & dextera tua suscepit me. Iste est Messias, de quo scriptum est. Dixit dominus domino meo &c. Dixit Rabbi Simeō, hoc est quod dicit textus, & Abraham adhuc stabat coram domino. Correctio est doctorum, quia adhuc ita primitus scriptum erat, & dominus adhuc stabat coram Habraam, sed hæc est vna correctionum, quas doctores in sacra scriptura fecerunt, inter quas fuit correctum quoque illud psal. 21. quia circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me, et foderunt manus meas et pedes meos. Et doctores in corrigendo loco vocabuli Karu, quod est foederunt, scripse-

runt *Arje* quod est sicut *Leo*, & quam multas huiusmodi mutationes fecerunt, pro ut *latus* in *Mydrastilim* continentur, & enumeratur, in quo quidem libro habetur, quod propter has mutationes dixit propheta, & prouertisus verba dei uini, domini *Sabaot* dei nostri, & *Ierem.* cap. 9. Dixit de illis, & veritatem non loquentur, docuerunt linguam suam loqui falsum. Ecce quam perspicue in eorum libris, illi qui verba dei mutant, falsi atq; mendaces reputantur & c.

### CAPITVLVM NOVVM.

**Q**uod *Mesias* legem atque doctrinam nouam daturus erat, & sacrificia omnia habebat annullare, quæ fiebant antiquitus in templo, excepto sacrificio panis et uini, et licentiare atq; absoluerè habebat ea quæ ceremonialiter in lege *Mosaica* prohibita erant, ut pote *commestibilia*, & huiusmodi. *Ista* probantur per *Isaiam* cap. 2. ubi ait. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons

mons domus domini in vertice montium, et eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei *Iacob*, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de *Sion* exiit lex, & verbum domini de *Ierusalem*. *Glossat* *Rabbi Salomon*, Eleuabitur super colles, quia miracula quidem habent fieri in eo, maius erit miraculis montis *Synai* atq; *Carmeli* & *Thabor*, quod ergo miraculum illud erit, subditur, quia de *Syon* exiit lex, et verbum domini de *Ierusalem*, id est omnibus gentibus. Item habetur *Ieremia* 31. Ecce dies venient dicit dominus, & feriam domui *Israel* et domui *Iuda* foedus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendimanum eorum ut educerem eos de *Terra Aegypti*, pactum quod irritum fecerunt, et ego diminatus sum eorum dicit dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo *Israel*, post dies illos, dicit dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum.



rum scribam eam, & ero eis in deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens. Cognoscite dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum, ait dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, non memorabor amplius. Hæc dicit dominus. Ecce qualiter hæc prophetia, capituli nostri asserit intentione præclare. Verùm tamen habetur in Midrastilim supra illud psal. 21. Dominus in fortitudine tua lætabitur rex. Dicunt sic doctores, Quid voluit Isaias dicere in cap. 11. ubi sic ait. In die illa erit Radix Iesse quæ extat in signū populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrū eius gloriosum. Hamnina. Non veniet Messias, nisi ut gentibus mundi præcepta reddat, pro ut sunt tabernacula in ramis palmarum & philacteria, Non est dubium quod huius doctoris intentio erat, quod deus daturus erat gentibus legem nonam, in qua essent ceremonialia devotionis præcepta, sicut erant in lege Moisaica. Et facit mentionem aliquarum cere-

mo-

moniarū antiquæ legis, non quod sit eius intentio quod easdem debeat observare, cū causæ & propter quas fuerunt instituta iam præterierint. Et ideo in tempore Messia iam non sunt ulla ratione seruanda. Item habetur in Midras Sir Hafsirim, id est in glossa moralitunc canticorum, super illud primi capituli, osculetur me osculo oris sui, dicit Vdda. Eadē hora qua Israel ex ore domini duo prima legis præcepta audierunt, sic fuerunt in cordibus eorum annexa, ut nullatenus possent obliuisci. Euntes ergo ad Moysen, dixerunt ei, Rabbi, oportet quod tu sis medium inter deum et nos, ut habetur Exodi 20. Loquere tu nobiscum & audiemus, non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur. Deinde docebat eos Moyses legem, & quicquid discerant tradebant obliuioni, dixerunt ergo, quia sicut Moyses carnalis est et transitorius, ita & eius doctrina dilabitur à nobis. Reuersi sunt itaq; ad Moysen, & dixerunt illi, utinam deus rursus se ostendere vellet, ut nos osculo oris sui oscularetur, ita ut eius doctrina cordibus nostris esset annexa. Dixit ei

G 4

Moyſes, hoc fieri nequit modo, fiet autem in tempore Meſſie, ſcriptum eſt enim, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribā eam. Patet ergo ex præmiſſis rationibus quod Meſſius legem nouā atq; doctrinam facie ad faciē daturus erat, ultra primam, quæ per manum Moyſi primitus data erat. Annullatio uero ſacrificiorum probatur hoc modo, Iſaiæ primo cap. Quò mihi multitudinem victimarū veſtrarum dicit dominus? plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipē pinguium & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, Item Malachia primo. Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, et incendat altare meū gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum magnum eſt nomen meū in gentibus, & in omni loco ſacrificatur et offertur nomini meo oblatio mūda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. Patet itaq; ex iſtis prophetijs, quòd intentio diuina non erat, quòd ani-

animalium ſacrificia in templo dei antiquitus facta continuari deberent, ſed iſte Malachia propheta potius nobis in hac prophetia reuelauit, quòd ſacrificium continuum debebat fieri ex re aliqua nimis pura & mūda, non ſicut antiqua ſacrificia, quæ ex adipe & ſanguine cum igne & fumo fiebant. Item oſtendit nobis & in hoc quòd dicit. In omni loco, quòd hæc oblatio munda fienda erat per mundum vniuerſum, vbiq; per mundum eſſet aſſignatum, per contrarium ſacrificiorū antiquorū, de quibus erat prohibitum, ne alibi quàm in templo Ieroſolimitano fieret. Et reperietis, quòd eſt quædam locutio ſæpe in Talmūt reiterata, quæ dicit ſic. In tēpore futuro vniuerſa ſacrificia excepto ſacrificio confeſſionis annihilata erūt. Itē dicit Rabbi Moyſes de Aegypto, in lib. More, hanph. in tertio tractatu, vbi de cauſis præceptorum agit, quòd etiā per ſanctum Thomā de Aquino in prima ſecūda recitatur, quòd animalium ſacrificia in tēplo ad primam intentionem non fiebant, niſi vt populus eiſdem temporis ad Idolatriam gentiū,

quam signis et planetis assuescebant facere, seperaretur: præcipiens ei deus, quod sicut ceteræ gentes idolis immolabant. sic & ipsi immolarent ei, quod hoc modo illos ad hoc principale & spirituale seruitium gradatim reduceret, & huic opinioni potest applicari quadam autoritas à Talmuth, sic dicens. Simile est hoc cuidam filio regis, qui reptilia et immunda animalia in publico sæpe assuescebat comedere, cui rex imperavit, ut eadem comederet in mēsa sua, melius etenim illud videbatur sibi & honestius, quam si in publico à suo filio vescerentur. Concluditur ergo ex omnibus præmissis, quod quando totaliter immolatio animalium esset à gentibus remota, sicut post Messia aduentum factum fuisse nominus, quod deinde remota est causa, quare deus præceperat in templo animalium fieri sacrificia: & quod non alia immolatio fienda erat, nisi duntaxat panis & vini sacrificia, de quo David asserit in sempiternum esse fiendum, contra opinionem quam ad præsens Iudæi tenent, credentes, quod Messias venturus est ut templum Ierusa-

rusalem ædificet materiale, & sicut in diebus antiquis, sacrificium accipiat animalium brutorum & c. De sacrificio etiã panis et vini habetur in Berešit Rabba, à Rabbi Moyse prædicatore, supra illud Gene. 14. Melchisedek rex Salem obtulit panem et vinum, erat enim sacerdos dei summi. Dixit Rabbi filius Enachinã. Iste Melchisedek erat Sem filius Noë, sed quid vult dicere, proferens panem et vinum. Ostendit quod docuit eum sacerdotij actus, qui erat panis & vinum sacrificare, et hoc est quod habetur in psalmo centesimo et nono. Iuravit dominus, & non penitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. Quis est ille? Ille est rex Messias, de quo scriptum est. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. In hoc quod dicit, proferens panem & vinum, correspondet ei quod habetur in psalmo 75. Erit placentula panis in summis montium, Et in Caldaica trãslatiõe habetur. Erit sacrificium panis in terra in capite montium. Synagoga. Qui cæcus non est videre potest quod clare hæc autoritas nostrã probat intentionem,

Et præsertim cum declaratione, quam Cal-  
 daica interpretatio facit, super textum in di-  
 versis etiam partibus huius tractatus, disci-  
 mus qualiter Iudæi affirmant, quòd psal. il-  
 le. Deus iudicium tuum regi dæ, omnia loqui-  
 tur de Messia. Nunc igitur ubi dicit firma-  
 mentum erit in tertia in summis montium,  
 Et translatio Caldaica dicit, quod Messias  
 ille fiet sacrificium panis in terra, in capite  
 montium Synagoga. Montes Synagoga sa-  
 cerdotes ecclesie sunt, qui de facto cunctis  
 diebus Messiam eleuant, super capita sua, et  
 hoc est ita clarum, quod minime potest nega-  
 ri, nisi ab illis quibus venit maledictio Isaie,  
 ut oculis Et corde cæcificent, quos deus illu-  
 minare dignetur. Veruntamen quod cibaria  
 prohibita in veteri testamto sint à deo ab-  
 soluta, Et ad vescendum licita, patet per  
 quandam auctoritatem, quæ est in Berexit  
 Rabba, de Rabbi Moyse prædicatore, ubi  
 sic habetur: quid docet nos in psalmo 45. di-  
 cens, dominus soluit compeditos, omnia ani-  
 malia quæ fuerant prohibita velut immun-  
 da in hoc saculo, deus mundi sicabit atq; li-  
 cen-

Delectus  
 ciborum  
 abrogat

cætiabit in futuro tempore Messie. Sicut fi-  
 lijs Noë primitus munda erant, ut scribitur  
 Gen. 9. ubi habetur. Et omne quod moue-  
 tur Et viuit erit vobis in cibum, sicut ole-  
 ra virentia tradidi nobis omnia, sicut herba  
 omnibus licentiatur, sic etiam animalia om-  
 nia erunt omnibus licentiata. Et sic ad tem-  
 pus Messie erunt omnia quæ prohibuit licen-  
 tiata. Quod si dixerit aliquis, quare ergo  
 prohibuit ea in hoc saculo. Respondeo, ut  
 videret qui sint illi qui illius mandata serua-  
 rent, Et qui non, Et hoc, dominus soluit cõ-  
 peditos, nõ aliqua maior probatio quam mu-  
 lier menstruata quam deus tempore Messie  
 licentiabit. Sunt autem aliqui dicentes, quod  
 etiam cotus in aliquibus temporibus tempo-  
 re Messie prohibebitur, quòd sic probant,  
 pro vna die duntaxat, in qua deus in montē  
 Synai populo se ostendit, prohibuit eis Moy-  
 ses ne ad mulieres per tres dies se extenderēt  
 nec accederent. multo magis in tēpore Mes-  
 sie, quo dei gloria manebit inter illos. Quid  
 ergo est dominus soluit compeditos, hi sunt  
 qui captiui sunt inferni captumq; mortis.

Valde bene intentio nostra probatur per di-  
ctam auctoritatem, præsertim cum in Tal-  
mut alia verba notenter, quæ de quolibet ci-  
borum genere particulariter faciunt mētio-  
nem, vt puta domesticorum animalium. Ac-  
cipiunt suam, sic dicentes. Quare vocatum  
est nomen eius Haz in id est Sus. quia futu-  
rum est, vt deus reuertatur ad Israel. Ha-  
zire etenim Hebraice, reuersio dicitur lati-  
ne. Item, siluestrium animalium, recipiunt  
Bechenioth, dicitur in Talmut, quod animal  
illud Bechemoth est omnium animalium manus,  
& quod masculus & foemina fuerunt ab  
initio creati. Vidēs autem deus quod si filios  
genuissent, præ illorum magnitudine et mul-  
titudine totus mundus esset destructus, ca-  
strauit masculum, & refrigerauit foeminam,  
quam custodit, vt eam daret iustis tempore  
Messie ad comedendum. Item, piscium, squa-  
mas non habentium accipiunt maiorem, quæ  
Leuiathan appellant, & dicunt, quod deus  
habet ipsum falsum, vt eum det iustis in fu-  
turum ad comedendum, in tantum quod ho-  
die multi reperiuntur qui partem suam huius  
Leuia-

Leuiathan, quem comedere sperant multo  
auro & argento minime commutant. Et ad  
veritatem ratione habent. Ego namq; Hie-  
ronimus de sancta fide huius opusculi compi-  
lator, non dimitterem partem meam congrui  
aut lamprede, quam postquam agnouit Mes-  
siam veracem, comedere consueui pro maxi-  
ma pecunie quantitate. Et iste est Leuia-  
than à tempore Messie promissus. Quod si  
Iudeorum aliquis dixerit, ex quo lex Moy-  
saica literaliter omnia ista prohibuit, quo-  
modo à Messia vel ab alio licentiare posse  
credemus? Pro responsione huius habetur  
quædam nobilis auctoritas in Sanhedrin,  
cap. Isti sunt suffocandi. Dixit Rabbi Io-  
hanna. In quibus te propheta legis manda-  
ta transgredi iusserit, facere debes, Idolatria  
excepta, quia etiam si videris talia miracula  
facientem, quod faciat solem in medio cæli  
stare, ne credas ei, nec propterea idololatriam cul-  
tor efficiaris, iuxta istam auctoritatem cre-  
dendum est Messie in omnibus, quæ de ve-  
teri testamento prohibitis licentiavit. Est enim  
proculdubio propheta, et plusquam propheta,

Cap. 10.

sicut ait *Isaïas cap. 52.* Ecce intelliget seruus meus, & exultabitur & sublimis erit valde. supra quem textum sic habetur in *Talmuth.* Exaltabitur plus quam Abraham, eleuabitur plusquam Moyses, & sublimis erit plusquam angeli. Secundum ergo hoc, ille qui in tanta sublimitate positus erat, in omnibus eius verbis merito ab omnibus credendus est, &c.

### CAPITVLVM DECIMUM.

**P**robat quod statim post *Messia* aduentum, idolatria de mūdo erat omnino remouenda, ita quod deus per omnes gentiles erat cognoscendus, & quod omnes gentes principaliter ab eo saluanda erant. Ex quibus populum nouū creaturus erat, & sacerdotes ad sanctum dei seruitium producturus erat. post cuius aduentum saluatio erat per baptismum aquæ et spiritus fienda. Notum est in fine templi secundi, tempore aduentus saluatoris nostri *IESV CHRISTI.* in  
uni-

uniuersis mundi partibus, idolorum cultores omnes erant, & seruebant planetis & signis, & creaturas alias adorabant, utputa *Babilonij, Medi, Persæ, Græci, Aegyptij, Romani,* dei autem cultores, atq; adorantes eundem, nullatenus nisi in terra *Israel* poterant reperiri, & post eius aduentum, omnes gentes quanquam diuersis legibus sectis atq; doctrinis teneantur, vnum tamen Deum se colere dicunt, eidem seruire & obedire gloriantur, hoc autem factum est mediantibus apostolorum sermonibus, atq; predicationibus discipulorum ipsius, pro ut *Isaïa* ultimo prophetatum est. Et ponam in eis signum, et mittam ex eis qui saluati fuerunt ad gentes, in mare, & *Affricam, Lyciam* tenentes, *Asyam, Italiam, Græciam,* & ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & nō uiderunt gloriam meam, et annuntiabunt gloriam meam gentibus. Et mediantibus nobilibus epistolis, ab egregio predicatore beato *Paulo* missis per solennes discipulos in partes mundi diuersas, in tantum, quod à temporibus plurimis post eius aduentum, idolatria est

eradicata de mundo. Et in omnibus partibus aut deus colitur, aut nomen eius inuocatur. Et quamuis hodie non nulle gentes uiuant sub aliquibus erroribus, pro ut sunt Mauri, qui afferunt. Mahometem fuisse prophetam. Et Iudæi, qui per falsam doctrinam Talmut reguntur. Attamen cum hoc omnes in genere legi Moyseica fidem perhibent qualemcumque, & firmiter credunt à deo mundum de nihilo creatum, & à primo motore qui deus est principaliter gubernatum. Quod autem hæc esset una de conditionibus Messie, reperimus hoc scriptum per magistros Talmut, ut habetur in morali glossa Cantorum. cap. 2. supra illud, vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Dicit Rabbi Ioda, ex nomine Rabbi Eliazer filij Rabbi Iose Galieni. Quod ex prophetia de rege Messia dicitur. Et isti montes et colles nihil aliud sunt, quam idolatria, quam ipse persaliebat et transiliebat. Item, si Iudæus orationem quam dicit hodie in die capitis anni sui, bene considerauerit, quam orationem solenniore omnibus orationibus

bus reputant, reperient quod tota sub articulo isto fundatur. Antiqui namque illi qui erant in principio templi secundi, & eandem orationem ordinabant, sciebant quod in aduentu Messie idolatria mundi cessare debebat, et deus super omnes gentes erat regnaturus, & ideo ordinarunt orationem illam pro illa die, in qua fiunt huiusmodi rogationes. Sed cæci miseri non vident quod id propter quod ipsi deprecantur, iam est hodie & diu per uniuersum orbem completum. Interroget namque aliquis à Mauro, Iudæo, & Christiano, quem uniusquisque credat deorum, aut quis mundi gubernator existat, omnes unanimiter, & eorum per se quilibet respondebit, se in deum credere, qui creauit cælum & terram, mirabiliterque regit omnia & gubernat. Vanum est igitur à quocumque querere quod petens ipse tenet. Sed quomodo patet, quod in Messia iam pore saluatio eius fienda gentibus erat, et ex his populorum nouum deus esset creaturus, hoc enim per plurimas prophetias manifestum est. Primum quidem dicitur per Iacob patriarcham Gen. 49. donec ueniat qui mittendus

est, ipse erit expectatio gentium. Item Zachariae tertio. Et applicabunt gentes multae ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum. Item, in psal. 101. Scribantur haec in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum. Vitra praefatas prophetias est quaedam nobilis authoritas, hoc idem asserens in Berexit Rabba, de Rabbi Moysse praedicatorum. cap. 90. supra illud gen. cap. 16. Dixit quoque rex ad Ioseph. Ego sum Pharao, dixit Rabbi Ochali. Ego Pharaonis, qui erat homo carnalis, poterimus addiscere, aliud est. Ego domini nostri dei, quia eo quod Pharao dixit ad Ioseph. Ego sum Pharao, dignus factus est, Ioseph ait, omne bonum illud consequeretur, sed quando venerim li ego dei, ubi dicit, ego feci, ego feram, ego portabo, et ego saluabo, Isaia. 46. Quis dubitat quod multum bonum habeamus? credis forsitan quod mundi redemptor acceptor personarum existat, certe non. Sed quicumque corde verbo et opere crediderit in eo, saluus erit atque liberatus. Scriptum est Ieremiae 23. In diebus illis saluabitur Iuda, id est

con-

confessor veritatis, quia Iudas interpretatur in tempore confitens. Et Isaia. 45. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrae. Item ibi. Quia mihi curuabitur omne genu, & de ipso dictum est, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Satis palam ex huiusmodi authoritatibus & verbis, cum tam copiosis prophetis roboratis, patet conclusionem nostram fore bene probatam. Item, habetur in Midrastilim supra illud. Isaia. 11. In die illa erit radix Iesse quae stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum illius gloriosum. Dixit Rabbi Hamnina. Ex hoc intelligitur, quod rex Messias non venit nisi ut legem atque praecipua gentibus praebet. Quod autem Messias ex gentibus quae ad eius fidem & credulitatem venturi erant sacerdotes creare debebat probatur subinde, sed hoc nimis videtur displicere Iudaeo, nimisque proinde grauatur, quod alios doceatur dei sacerdotio ullo modo fungi, praeter illos qui sunt de genere Aaron, sed ante Messiae aduentum verum tenebant, postea



vero minime. Est etiam post Christi aduentum sacerdotij gratia mirabiliter ampliata. ut patet per quādam authoritatem, quæ est in Mechilta. Dixit Rabbi Barachias, de quo dicebat Iob, foris non mansit peregrinus. Hoc est utiq; quia parati sunt peregrini, ut tempore Messie dei sacerdotio fungātur, sic enim Isaiæ 14. habetur. Adiungetur advena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Istud autem adherere, sacerdotio minime conuenit. Sic namq; dicit Anquilon peregrinus, legis peritus, quid sonat illud Deutero. 10. cap. Amat peregrinum, & dat ei victum et uestitum. Illi autem responderunt ei. Noueris, quod Iacob noster nil aliud petijt à Deo sibi dari Gen. 28. Et dederit mihi panē ad vescēdum, & uestimentum ad induendum. Tu ergo qui nouissime venisti ad nos, nonne ut similis Iacob existas, contentus es, qui primogenitus à deo vocatus est? Veruntamen non imagineris, quod Iacob duntaxat victū et uestitum à Deo petiexit, sed scire te oportet, quod Iacob dicebat sic, dominus promisit mihi quod erit meum, et per totum sæcu-

lum

lum bonum de me producturus est, quomodo ergo sciam, quod hoc debeat impleri, hoc erit, quando egredientur de me sacerdotes, qui dei sacrificium panem comedunt, & sacerdotij uestibus induantur. Tamen probare pollicitus sum? quod filus gētium post Messie aduentum per baptismum aquæ spiritus sancti fienda erat. Hoc liquide patet per Ezechielem prophetam. cap. 36. ubi sic ait. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, et ab omnibus idolis vestris mundabo vos, supra quod habetur in libro de Ioma in cap. iam hac qui purim, id est dies expiationum. Dixit Rabbi Acquiba, beati estis Israel. coram quo estis iustificati vel mundificati. Aut quis est ille qui mundificat vos, quia ipse pater vester cœlestis est, sicut scriptum est. Effundam super vos aquam mundam &c. Et habetur, fons Israelis dominus est, quia sicut fons mundat sordes, sic deus Israelis peccata cum aqua mundat. Item habetur in Talmut, in libro vocato Quidus in cap. 10. genera erant in Babilone, legunt

H 4

magistri Spurij & Gabaonitæ, omnes erūt in tempore futuro iustificati. Hæc est opinio Ioseph, sicut scriptum est. Effundam super vos aquam mundam, &c. Ecce quam perspicuum est per dictas auctoritates, quod in tempore futuro, quod ipsi pro tempore Messia acceperunt, non solum illi qui erant de genere Israel, verum etiam quæcunq; generationes gentium mediante aqua eorum peccata mudari debebant, sed de spiritu sancto per eundem prophetam Ezechielem in eodē cap. 36, sic scribitur, & spiritum meum ponam in medio vestri, & in Caldaica translatione scribitur, sic. Spiritum sanctum meū dabo in visceribus vestris, &c.

#### CAPITVLVM VN- decimum.

**Q**uod conuersatio Messia nobiscum in paupertate & humilitate futura erat. Item, quod super asinum ad templum in habitu pauperis venturus erat, & quam plurima vulnera et passiones passurus erat, quod

quod liquide patet per Zachariam prophetam cap. 9. Exulta satis filia Syon. Iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, & ipse pauper, ascendens super asinam & pullum, filium asinæ. Iste eodem modo vt per prophetam enarratum est, dominus noster IESVS CRISTVS venit ad Ierusalem, vt nos doceret quod eius aduentus non erat vt diuitias vel felicitates corporibus daret, sed animabus. Et elegit sibi discipulos pauperes, & temporalibus bonis carentes scientiæ defectuosos, & cautellarum quarumcunq; prædicatione ad fidem Catholicam mundus conuersus est, & super eandem Zachariæ prophetiam. Dicit Rabbi Salomon, quod impossibile est textum illum de aliquo alio declarari, quam de rege Messia, quia mox sequitur. Et loquetur pacem gentibus, & potestas eius a mari vsq; ad mare, & a fluminibus vsq; ad fines terre, & non reperimus, dicit Rabbi Salomō, similem principem in templo secundo. Ipse namq; imaginabatur, quod Messia potestas deberet esse temporalis, videlicet quod

ipse ex sua persona magnam præminentiam  
 & potestatem haberet in mundo. Et ad ve-  
 ritatem non est sic, quia regnum Christi de  
 hoc mundo non est, cum eius potestas sit me-  
 re spiritualis. Quod autem dicit textus, à ma-  
 ri usque ad mare, designat quod fides eius de-  
 bebat extendi per mundum uniuersum. Item  
 est quædam authoritas in Berexit Rabba, de  
 Rabbi Moyse predicatore. Quid voluit dice-  
 re Iacob. Gen. 49. cap. Ligans ad vineam  
 pullum suum, & ad vitem. O fili mi, asinam  
 suam, ostendit nobis, quod cum venerit Mes-  
 sias ad saluandum Israel, ipsemet strabit asi-  
 num suum, & equitabit super illum, & ve-  
 niet in Israel cum paupertate, ergo videant  
 omnes, quomodo verba istorum doctorum  
 nostram intentionem ostendant, Catholicæ  
 veritatis. Item habetur in quodam libro vo-  
 cato Zifrat, dicit Rabbi Iose Galilæus. Veni  
 & discite quanta est merces regis Messia,  
 atque remuneratio iustorum credentium in  
 eo. Hæc poteris addiscere ab Adam primo  
 parente, cui non nisi unum solum præceptum  
 præcepit Deus, quod erat cessare ab opere  
 quodam,

quodam, quod quia transgressus est, sibi &  
 omni genere suo ab eodem procedenti usque  
 ad finem sæculi mortem causauit, & certum  
 est, quod maioris quantitatis est meritum bo-  
 ni operis, quam punitio mali. Ergo rex Mes-  
 sias, qui afflictionem pœnas atque pœssiones et  
 mortem pro peccatoribus patitur sicut lar-  
 gius cap. 53. narrat Isaias, quanta debet ef-  
 se remuneratio potest imaginari, & quan-  
 tum erit bonum quod propter ea nobis debet  
 euenire. Item, est quædam authoritas in San-  
 hedrin cap. Col Israel, sic ibi recitat Rabbi  
 Osua filius Leui. Repperit Eliam, & Rab-  
 bi Simeon filium Ioaij stantem ad portas pa-  
 radisi, dixitque ei Rabbi Osua. Ibo ego ad  
 gloriam Paradisi, dicunt ei, ita, si domi-  
 nus iste voluerit. Dixit Rabbi Osua, sic  
 duos homines videbam sed voces trium au-  
 diebam. Glossat Rabbi Salomon, quod  
 gloria Dei cum illis erat ibi. Dixit eis Rab-  
 bi Osua, & quando veniet Messias. Di-  
 cunt ei, vade & quære ab ipso eodem, qui  
 ait. Vbi reperiam eum? dicunt ei, ad por-  
 tam Romæ, & ille, quæ sunt eius signa.

Responderūt. Reperies eum inter pauperes,  
 & vulneribus passionatū. Sicut Isaias cap.  
 53. ait vere languores nostros ipse tulit, &  
 peccata nostra ipse portauit, & nos reputa-  
 uimus eum quasi leprosum, percussum à deo  
 & humiliatum. Iuit ergo ad eum, dixitq; il-  
 li, domine, quando venies? qui ait. Hodie,  
 post aliquot vero dies reuersus est Rabbi  
 Osua ad Heliam, dixitq; illi mentitus est mi-  
 hi Messias, me enim ab eodē quærente quan-  
 do venire deberet. Respondit mihi, hodie.  
 Cui Helias respondens ait, verum dixit tibi,  
 Nā hodie si vocem eius audieritis. Ab hac  
 autoritate ego extraho quatuor cōclusio-  
 nes, Prima est, quod tempore huius doctoris  
 Rabbi Osue, qui fuit hodie sunt plures quam  
 mille ducenti anni. Iam Messias natus erat.  
 Secunda, quod sessio principalis Messie &  
 eius thronus principalis sit in Roma. Ter-  
 tia, quod licet primus eius aduentus fuerit in  
 illo tempore, à quo fluxerūt anni mille 412.  
 cū toto hoc tempore, adhuc quotidie venire  
 nō cessat. Illos videt qui ad doctrinā eius &  
 fidem conuertuntur. Quarta est, quod eius

con-

cōuersatio fuit cū paupertate et humilitate,  
 & hæc est intentio cap. principalis & c.

## CAPITVLVM DVO- decimum & finale.

**Q**uod aduentus veri Messie debebat  
 prius per certū præconem in deserto  
 nunciari, & quod Iudeorum captiuitas fuit  
 propter ingratitude, quod ingratitude  
 erga illum habuerunt Iudæi, quæ odium gen-  
 tis nuncupatur. Et quod ab inde deus pater  
 cœlum clausit, ne orationes Iudeorum au-  
 dianur. Veruntamen conuersionis ianuam  
 semper penitentibus & baptizari volenti-  
 bus apertam patefecit. Notum etiam est,  
 quod aduentus saluatoris nostri Iesu Christi,  
 paulo antequam esset gentibus reuelatus, per  
 beatum Ioannem baptistam Zacharie filiū  
 sacerdotis templi Hierosolimitani annuncia-  
 tus fuit, quem quidem Ioannem Rex Hero-  
 des in vinculis posuit, eo quod eūdem regem  
 beatus Ioannes increpabat, quia vxorē fra-  
 tris proprij in uxorem acceperat, contra di-

uinam legem, & finaliter mulier ipsa fecit sibi caput amputari, pro ut latius Iudæus hanc reperire poterit historiam in libro Ioseph, ubi etiam narratur, quod dictus Ioannes in flumio Iordanis dominum IESVM CHRISTVM baptizavit, quāvis istud verbum postquam natus sum non legi, sed ab eodem libro magistri Iudæorum abarserunt, pro ut credo illos et alia multa de Talmut abrasisse. Sed ad propositum redeundo. Ipse beatus Ioannes pergens per desertum, clamabat ad populum dicens omnibus, quod conuerterentur & penitentiam agerent peccatorum suorum quia regnum dei appropinquat, Baptizabat autem illos qui ad eum veniebant, quod tamen totum hoc in aduentu Messia pro ut dictum est fieri debebat, ut per duos prophetas fuerat pronosticatum, quorum primus fuerat Isaias, cap. 40. ubi sanctum Ioannem vocem appellat, sic inquit. Vox clamantis in deserto parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri, &c. Secundus propheta fuit Malachias, qui in quodā loco beatum Ioannem angelum appellat.

In

In alio vero Heliam. Primo in cap. 3. ubi sic ait. Ecce ego mittam angelum meum, qui preparabit viam ante faciem tuam, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quaritis, & angelus testamenti quem vos vultis, ecce venit. Nonne omnibus notum est, quod eodem modo quo hic prophetavit Malachias propheta, ita factum est, quia paulo postquam cepit predicare, verus Messias reuelatus est, & omnibus publice diuulgatus, & illud designat istud aduerbium, statim. Deinde idem Malachias propheta in fine sue prophetie beatum Ioannem Heliam appellat. Ecce ego vobis mittam Heliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus et terribilis, et conuertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum. Et istud opus laudabile beatus Ioannes est operatus. Sed quod Iudæorum captiuitas propter ingratitude, quam erga verum Messiam et horribile peccatum habuerunt existat causa, clare patet per quandam auctoritatem libri vocati adhebarim Rabba, id est Deuteronomi magnus, ubi sic habetur, quod voluit dicere Moses in lib. Deut. ca. 32.

Generatio peruersa et infideles filij, hoc est, quia dixit deus Israel, vos estis filij infideles, qui cū essetis corā me in monte Synai, dixistis. Cuncta quæ dominus locutus est faciemus & audiemus. Exod. 19. Ego similiter dixi vobis eadem hora, ego dixi, dū estis, et filij excelsi omnes Psal. 80. Sed post hoc ubi dixistis. Isti sunt dū tui Israel, qui te duxerunt de terra Aegypti. Exod. 32. Ibi respondi vobis. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus Caderis, psal. 91. postea ad terram patrum vestrorū congregabo vos, in qua mihi templum adificabitur. Tunc ego dixi vobis. Nunquam eritis ab eodem patria transmigrati. Cum autē dixistis, non est pars in Dauid nobis, nec hæreditas in filio Isai 3. Reg. 12. Similiter ego dixi, & Israel captiuus migrabit de terra sua, &c. Amos 8. Si quis voluerit istā auctoritatem diligenter considerare clare videbit, qualiter intentio nostra concludetur ex ea. Patet namq; & perspicuum est, quod hoc verbum allegatum, scilicet, non est nobis pars in Dauid, quod quidem verbum dixerunt

xerunt Israël, propter malam responsonem quam eis dederat Roboam, non debuissent propterea ingredi captiuitatem, nec reperitur quia ideo eisdem temporibus essent à deo puniti tali punitione, sic ista tam longa captiuitate. Captiuitas namq; Babilonis propter idolatriæ peccata, & prophetarum homicidia, & adulteriū facta est, & non plusquam 70. annis durauit, quo ergo pacto credendum esset, quod propter illud verbū quod tempore Roboam dixerant, ad hanc tam longam captiuitatem condemnati essent, quæ mille quadringentis annis iam durat elapsis, quare necessario dandum est, quod hic Dauid in propheta auctoritate nominatus, quæ pro vt asseritur negauerunt, quod propter illud scelus ad tam grauissimam captiuitatē sunt cōdemnati, nullus alius quam rex Messias de quo est quædam auctoritas, in libro magno lamentationum, lamentatio magna vocato, dicit Rabbi Iuda. Si hic rex Messias deus vnus est, Dauid est nomē eius, si de mortuis, Dauid est nomen eius. Intentio huius doctoris est, quod sine ante tēpus passionis eius,

sue post semper vocatur. David, & dicit ibidem Rabbi Thabuma. Vis auctoritatē? ad hoc reperies in 2. Reg. in 22. cap. Magnificans salutem regis sui, & faciens misericordiam Christo suo David &c. Nō dixit Christo suo, & David, quia videretur Christus vnus, et David alter, sed dixit Christus suo David, ad ostēdendū quod ipsemet Christus est ipsemet David. Concluditur ergo multū bene, ex auctoritate prēmīssa, quod propter ingratitude[m] quam contra Mesiam habuerunt, ad hanc præsente[m] captiuitatem fuerunt rationabiliter condemnati. Item, reperitur in Talmut, quod idem ipsi doctores temporis illius & legis periti, dicunt. Quomodo fieri potuit, quod in templo secundo in quo nulla fuit idolatria, & nec alia ignominiosa peccata, vbi erāt quam multi religiosi viri probi, homines sapientes & iusti, tam sauisimæ punitio[n]is reifacti sunt, vbi nullū aliud scelus erat, nisi inuidia & odium gratis, & certe verum dicunt Iudæi huius temporis, non tamen intelligunt. Hoc propter odium & iniquitatem quam erga Mesiam ha-

ha-

habuerūt, propter quod proculdubio ad hanc verunt interminabilem captiuitatem condēnati, & non solum istud euenit eis, verum etiam & aliud, quod deterius est, quia deus cum ab eis sit ignoratus, & ex toto contumaciter negatus, ianuam cœli totaliter clausit, vt nullius Iudæi audiat orationem. Quod vtiq; patet per quandam orationem, quam habent in Talmut, in libro Berachoth, id est benedictionum in cap. Heu vmdim, id est nō stabunt. Dixit Rabbi Eliazar. Adie quo tēplum fuit destructum orationis porte clausæ sunt, sicut scriptum est in lamentatione Ieremias, cap. 3. Sed cum clamauro & rogauero, exclusit orationem meam. Item dicit ipsemet. Adie quo fuit destructa Hierusalem, quedam tabula ferrea interposita est inter Hierusalem et patrem eorum cœlestem. Sic enim scriptum est Ezechielis 4. Et tu sume tibi Sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum, inter te et inter ciuitatem? Attamen si bene probabimus quod portæ orationis clausæ sint certum tamen est, quod portæ cōuersio[n]is omnibus temporibus sunt

I 2

apertæ, & hoc patet per quandam authoritatē, in Midraſtilim. Dixit Rabbi Samuel Baranchina, portæ orationis quandoq; ſunt clauſæ quandoq; apertæ, ſed portæ cōuerſionis nullo tempore claudūtur, ſicut ſcriptum eſt in pſal. 64. Spes omnium finium terræ, & in mari longe. Sicut mare eſt apertum, & quilibet volens omni tempore poterit ſe in eo balneare. Ita eſt conuerſio, quod quicumq; voluerit conuerti, anni tempore poterit, & erit à deo receptus. Ecce ergo quam bene probatum, & per prophetias & per Caldaicas translationes, & per magiſtrorū Talmuth authoritates, qualiter omnes illæ 24. conditiones, in primo capite huius tractatus nominatæ, & in aduentu domini noſtri IESV CHRISTI realiter reperiuntur in vero Meſſia, ab omnibus expectato, debebat reperiiri &c. Maior ergo noſtri Syllogiſmi in primo capitulo poſita de ſe ipſa nota eſt, & minor in ſupra dictis capitulis omnibus comprobata. Concluditur ergo neceſſario, quòd Ieſus Chriſtus verus Meſſias eſt, & mundi ſaluator, in lege promiſſus, et per  
san-

ſanctos prophetas expectatus. Cum qua concluſione omnes controuerſiæ atq; diſcordiæ quæ ſunt inter nos et Iudæos. Secundo quod in primo capitulo huius tractatus nominatæ ut iam diximus ſunt nimirum determinatæ, &c. Hoc itaq; eſt, quod ad præſens ſupra dictam concluſionem ſcribendum eſſe in dicauiſimus. Licet iſta quæ ſcripta ſunt vna pars non ſit, de centum: prophetarum, rationum, et authoritatum, quas in confirmatōne omnium quæ ad Catholicā fidem pertinent deo præuiſo, quando & ubi decuerit poterimus demonſtrare & allegare. Intentio tamen huius breui tractatuli fuit, ponere dūtaxat in ſcriptis rationes illas, quæ corā præſentia domini noſtri Papæ, eiſq; ſanctiſſimæ curiæ fuerunt præſentatæ, & cū diuina gratia et miſericordia in breue tēpus credo ſcribere me poſſe in hac materia vanitatis, ineptas fallacias deprauatæ doctriinæ Talmuth, & eorum qui per illud reguntur. In alio tractatu ſequenti, &c. Sed poterit aliquis arguere me, dicens, ſi vera ſunt illa, quæ dicis harum dicta prophetiarum authoritatum et



glossarum quas allegas, cur magistri legisq̄  
periti Iudaeorum, & specialiter illi qui erga  
studium huius Talmut nocte dieq̄ laborant  
has tuas intelligētias indagare tabescunt, ne  
ad ipsam legem veram quam dicis, & Mes-  
sia cognitione totis viribus conuertantur.  
Ad argumētum hoc duas verissimas habeo  
responsiones. Prima est, quod in libris Tal-  
mut de tribus speciebus materiarum tracta-  
tur, quaedam species est causarum ciuiliū  
& animalium, & ab eis dependentium &  
emergentium, sicut sunt apud nos leges im-  
periales. Secūda est de matrimonijs, & ani-  
malibus mundis ad vescendum, & de prohi-  
bitis & immundis, & orationibus & fe-  
stiuitatibus colendis, sicut sunt apud nos de-  
creta sanctorum, sanctae matris ecclesiae do-  
ctorum. Tertia est, de Historijs & narra-  
tionibus legis, vtputa de oratione, & de vi-  
ra, & operibus patrum, & de miraculis in  
lege narratis, & de aduentu Messiae, & cō-  
ditionibus eius, & de mortuorum resurre-  
ctione, & de die iuditij, & de inferno et pa-  
radiso. Et hanc particulam tertiam vocant  
Iudaei

Iudaei Haggadoth, id est narrationē, et singu-  
lariter Haggadoth id est narratio interpre-  
tatur. Itē vocant eam Midrassoth, id est ser-  
mocinationes, & singulariter Midras, id est  
sermocinatio est. Istae autem narrationes et  
sermocinationes non sunt per se ad vnā par-  
tem Talmut separatae seu distinctae, imō po-  
tius sunt diffusae siue dispersae per libros, ca-  
pitula, & lectiones praemissi Talmut. In tan-  
tum, quod post septē vel octo lectiones, vel  
plus vel minus, reperitur quaedam talis nar-  
ratio vel sermocinatio, quam quando Rab-  
bini legunt, studiorum suorum discipulis, fa-  
ciunt sic, quod ea quae pertinent ad duas ma-  
terias primas, declarant ea et docent, cum  
omnibus expositionibus glossis & innoua-  
tionibus, quas reperire possunt. Cum autem  
reperiunt aliquid, quod tertiae materiae praesa-  
tae pertineat, relinquunt illud, & legere ne-  
gligunt, dicentes, quod est sine fructu, quia  
illorum intentio non est, nisi materias illas le-  
gere, quae sunt de pane quaerendo, propter  
quod gens vulgaris & saecularis, eis praebet  
honorem, haec est via per omnes Rabinos, in

glossarum quas allegas, cur magistri legisq; periti Iudaeorum, & specialiter illi qui erga studium huius Talmut nocte dieq; laborant has tuas intelligētias indagare tabescunt, ne ad ipsam legem veram quam dicis, & Messia cognitione totis viribus conuertantur.

Ad argumētum hoc duas verissimas habeo responsiones. Prima est, quod in libris Talmut de tribus speciebus materiaram tractatur, quaedam species est causarum ciuiliū & animalium, & ab eis dependentium & emergentium, sicut sunt apud nos leges imperiales. Secūda est de matrimonijs, & animalibus mundis ad vescendum, & de prohibitis & immundis, & orationibus & festiuitatibus colendis, sicut sunt apud nos decreta sanctorum, sanctae matris ecclesiae doctorum. Tertia est, de Historijs & narrationibus legis, vtruta de oratione, & de vita, & operibus patrum, & de miraculis in lege narratis, & de aduentu Messiae, & cōditionibus eius, & de mortuorum resurrectione, & de die iudicij, & de inferno et paradiso. Et hanc particulam tertiam vocant

Iudaei

Iudaei Haggadoth, id est narrationē, et singulariter Haggadoth id est narratio interpretatur. Itē vocant eam Midrassoth, id est sermocinationes, & singulariter Midras. id est sermocinatio est. Ista autem narrationes et sermocinationes non sunt per se ad vnā partem Talmut separata seu distincta, imō potius sunt diffusa sine dispersa per libros, capitula, & lectiones praemissi Talmut. In tantum, quod post septē vel octo lectiones, vel plus vel minus, reperitur quaedam talis narratio vel sermocinatio, quam quando Rabbini legunt, studiorum suorum discipulis, faciunt sic, quod ea quae pertinent ad duas materias primas, declarant ea et docent, cum omnibus expositionibus glossis & inuolutionibus, quas reperire possunt. Cum autem reperiunt aliquid, quod tertiae materiae praesertim pertineat, relinquunt illud, & legere negligunt, dicentes, quod est sine fructu, quia illorum intentio non est, nisi materias illas legere, quae sunt de pane quarendo, propter quod gens vulgaris & saecularis, eis praebet honorem, haec est via per omnes Rabinos, in

I 4

omnibus partibus obseruata, et studijs quibuscunq;: & hæc principalis causa, quare non considerant non vident & ignorant di-  
 ctas authoritates. Secunda ratio est, posito quod aliquis eorum videat & consideret ali-  
 quid dictarum authoritatum, quando eas in suis lectionibus reperiunt, nimirum si vna vel  
 duæ vel tres earum non faciunt in eis aliquod  
 signum, esset namq; illis necessarium, ut mul-  
 tas earum simul acciperent, & earum quas-  
 dam cum alijs concordarent, & nihilomi-  
 nus cum prophetijs, eandem materiam tan-  
 gētib; eorum glossas atq; Caldaicas inter-  
 pretationes & translationes viderent, quæ  
 per antiquiores doctores suos & magistros  
 authenticos tactæ sunt, & diligenter atten-  
 derent quid vnus quisq; super easdem pro-  
 phetias dicat, quod si facere voluissent, non  
 est dubium, quod statim essent à spiritus san-  
 cti gratia illuminati, taliter, quod viderent  
 veritatem meridiana luce clariorem, pro vt  
 mihi per diuinam gratiam & naturam con-  
 tigit, dum practicam tenerem memoratam,  
 est tamen verum, quod sunt aliæ causæ tem-  
 porales,

porales, quæ viam conuersionis et cognitio-  
 nem veritatis impediunt, mulierum videli-  
 cet vxorum & filiorum amor atq; paren-  
 tum. Item, amor pecuniarum, quæ cum vsu-  
 ris & alijs Iudaicis fraudibus acquirunt,  
 vsurarum namq; lucrum fit sine labore cor-  
 poreo, de quo habetur in Talmut, quod quæ-  
 dam mulier viderat quendam Rabinum Iu-  
 daeorum grossum & pulchrum, & dixit ei.  
 Similis est facies tua homini habenti gregem  
 porcorum, aut argentum suum ad vsuram  
 præbenti. Item, sunt decepti, eo quod eorum  
 intellectus imaginatio & studium, opposi-  
 tionibus, constitutionibus, ceremonijs, atq;  
 moribus magistrorum Talmut, vehemēter  
 inclinatur in quibus omnibus diebus vitæ  
 suæ fuerunt enutriti. Nam vt veritatem lo-  
 quar, magnam virtutem & magnanimita-  
 tē tenere habet ille, qui se à moribus in qui-  
 bus longo tempore nutritus fuerit & in ve-  
 teratus, voluerit separare, cum sint iam præ-  
 mæ vsitationes cordi eius annexæ, ad quod  
 nimirum non omnes homines sunt ita suffi-  
 ciētes, vt proprias valeant coercere volu-

tates & passiones. Erunt tamen illi quibus gratia diuina taliter est infusa, ut delectationes, voluptates, ceteraq; bona temporalia in comparatione spiritualium contemnere voluerunt, & hilariter amore diuino suffulti, non deserere veram fidem, & spem firmam, ardorem charitatis habentes, in illa requie diuina, qua saluabitur et requiescet anima intellectiua. Asserente Isaia propheta cap. 63. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, et eris quasi hortus irriguus. sicut fons aquarum, cuius aqua non deficiunt. Ad quam requiem nos perducere dignetur ille verus Messias, qui cum patre & spiritu viuunt  
 & Deus regnat in secula seculorum.

Amen.

Liber

LIBER SECVNDVS  
 DE IVD AICIS ER-  
 RORIBVS, EX-  
 Talmuth.



**T**ALMUTH Iudaeorum. Quod sonat apud eos doctrina componitur circa hæc tempora anno quadringentesimo, à duobus summis Rabbi, scilicet Rabbina & Rabbasse, liber utiq; grandis, & maior decem biblijs, In eo sunt inextricabilia mendacia, turpia, fatua, abominabilia, contra legem dei, contra legem naturæ, contra legem scriptam, videntes namq; Iudæi legem suam quotidie deficere, & fidem Christianam proficere in toto orbe, etiam cum gloria temporalium, hos duos deceptores instigarunt eatenus, ut hunc librum componerent, & tanquam Moysi scriptis firmam atque solidam adhiberent fidem, prohiberentque sub pœna mortis ne quis aliquid negaret de his quæ in eo con-

tinentur. Factum est ita ad suam infelicem exc&cationem, et suorum perpetuam deprauationem. Ne autem simplices habeant occasionem recedendi à tanta falsitate, iniunxerunt eis, vt interrogati de difficilibus, respondeant. Nos hæc nō intelligimus, sed Rabbi nostri poterunt respōdere nobis. Sic traditi sunt in reprobum sensum, vt plus his nūgis credant quam Moysi, aut Christo. Veruntamen plures in diuersis mundi partibus conuersi crebro leguntur, & aliqui pro fide magna fecerunt, & vtilissima scripta reliquerunt, &c.

Sequuntur aliquæ, de multis & infinitis, abominationes, in dicto iniquissimo volumine Talmuth contentæ, &c. Quia gratiosa misericordia diuina influēs est super omnem eius creaturam, cuiuscunq; conditionis existat, iuxta illud Psalmistæ Suavis dominus vniuersis, et miseratōnes eius super omnia opera eius. Ideo expedit imō necessarium est sanctam matrem ecclesiam ne dum intendere vt æternam gloriam & spiritualiter beatitudinem fidelibus catholicis Christum

profi-

vētibus sanctæ doctrinæ catholicæ fidem acquirere faciat, verum etiam quantum possibile sit, vt infidelium quoq; animæ ad veram fidem & prædictam felicitatem reducantur, laborare, eijciendo ab eisdem errores et opiniones iniquas, ac doctrinas falsas, eorum cæcitatem cordium causantes, ne à veræ lucis demient cogitatione, & per consequens perditio eorum causetur animarum. Sed cū opus huiusmodi per ministros & sacerdotes eiusdem sanctæ matris ecclesiæ fieri debeat et procurari, potissimeq; per manum illius, qui ex parte domini dei nostri in verum pastore populi catholici assignatus est, & est verus summus sacerdos ecclesiæ & apostolicæ sedis, sicut in tempore præsentis beatissimus et sanctissimus pater, dominus noster videlicet Papa Benedictus 13. Ideo licitum est sibi, imō potius necessarium, iuxta sanctissimam dignitatem & habitum apostolicum quibus fungitur in præmissis, cum sublimi diligentia laborare pro maxima vtilitate, & communi bono humanæ naturæ, cuius animæ sibi sunt à domino cōmendatæ, vbi dixit Petrus,

cuius successor est, pascere oves meas. Quod cum ad eius sublimem sanctitatis notitiam venit, Iudeus de sacra scriptura lege, prædecessoribus eorum per manum Moysis tradita hodie minime contentari, quin potius aliam legem asserere, cum eadem, ipsi Moysi ore tenus traditam, quæ apud illos Talmut nuncupatur, quæque per manus quorundam Rabinorum descripta est, videlicet Rabbina & Rabbasse, per annos 435. post Iesu Christi passionem, debet nullatenus tollerare. Nam textus prædicti Talmut volumina superat paginæ sacræ bibliæ totius in decuplo, glossis antiquis et modernis supra illud factis quâ pluribus, exceptis. In quibus quidem textu & glossis præcepta, obseruantias, & ceremonias innouarunt Iudei, quæ nunquam fuerunt in lege Mosaica nominata, quibus ipsi hodierna die reguntur. Et nihilominus ordinationes dicti Talmut, ut eorum errores ceremoniasque fortius fundarent, mandarunt in locis diuersis, quod omnes eorum ordinationes in dicto libro Talmut constitutæ, totam efficaciam haberent, sicut ea quæ à domino

nostro

nostro deo patre sunt in lege Mosaica constituta, deinde mortis poenâ imponit cuique, neganti aliquid ex ijs quæ in dicto volumine continentur, per eosdem scripta sunt, cum tamē talem poenam, legis diuinæ verba neganti, non imponant, imò & in ipso nomine excessum sibi sumunt, cum eorū tractatum Talmut, id est doctrinam, & sanctam scripturam bibliæ, Micra id est lecturam, nocarint, et non solum hoc est in Talmuth, verum etiam & multæ abominations & errores, hereses et vanitates reperiuntur in eo, quæ faciunt contra naturam legem, contra charitatē, contra diuinam perfectionem, contra textum legis & prophetarū, contra Catholicam fidem, contra saluatorem nostrum Iesum Christum, et inde maximum interesse cōuersationis eorū cum Christianis. Quæ cum ita vera sint, sicut supra scriptum est, non debet illa præfati domini nostri Papæ sanctitas tolerare. Et ideo mandauit sanctitas eius mihi Hieronimo de sancta fide, familiari & medico suo, licet insufficienti & indigno, quatenus per libros & volumina dicti Talmut ocullate discurrens, quasdam

ex abominationibus illis exciperem, & annotarem earum errores, & in quibus libris & capitulis continentur, ut sublimis sanctitas & sapientia sua, in eius audientia posset informata de iustitiæ remedio providere, sicut eius officij & dignitatis onus postulat & requirit. In mense quidem Augusto nuper elapso, de mandato domini nostri Papæ præfati, quodam alio brevi tractatu compilato, in quo tradidi plurimas auctoritates ipsius Talmuth, ad firmiter ostendendum dominum nostrum Iesum Christum fore verum Messiam, per omnes prophetas promissum & pronunciatum, prædixisse me recolo, disposuisse alium tractatum ordinare, ipsam materiam latius continentem, & vanitates ac abominationes Iudeorum in dicto Talmuth contentas singulatim propalare, sed quia tractatus huiusmodi perfectio, & temporis necessarii longitudo, est mihi per mandatum apostolicum nimium festinata. Idcirco in præfati est inretio mea, solum quasdam necessarias ipsarum omnium abominationes inferere, ad modum cuiusdam relationis et insinuationis

nuationis apostolicæ sanctitatis, iuxta more mercatorum, de multitudine mercationum suarum particulam ostendentium in foro, qualitatem totius residui continentem, & ideo gratiæ spiritus sancti me commendo, præfens opusculum in sex capitula diuisurus.

Capitulum primum tractat de his quæ sunt contra charitatem, & humanitatem, legemque naturæ.

II. cap. De his quæ sunt contra dei seruitiū & eius perfectionem, &c.

III. cap. De his quæ sunt contra legem Moisaicam & prophetas.

IIII. cap. De vanitatibus, decisionibus, & vitijs, in Talmuth contentis.

V. cap. De his quæ sunt contra catholicam fidem, et saluatorem nostrum Iesum Christum, minime tollerandis.

VI. cap. De his quæ sunt in damnum maximum & interesse Christianorum, participantium cum Iudæis.

CIRCA PRIMVM DE  
his quæ sunt contra charitatem  
humanitatem, & natu-  
ræ legem.

Sciendum & aduertendum est, quod Iu-  
dæi præbent licentiam & doctrinam in  
Talmuth, vt liceat unicuique cõtemnere pa-  
rentes, sibi maledicere, & demum illos per-  
cutere sine onere peccati cuiuscunque, quod  
quantum sit abominabile, & contra natu-  
ram contra humanitatem & charitatem sa-  
tis patet, quia nihil tam scelestè quam patri  
vel matri maledicere, & ponere in eis ma-  
num violentã. Scribitur enim in dicto Tal-  
muth, in libro Sanhedrin in cap. quod inci-  
pit. Isti sunt suffocãdi. Quod quisquis patrem  
vel matrem percusserit, nisi fecerit vulnus  
immunis sit. Et dicit Rabbi Moyses, in libro  
Iudicum in lectionibus rebellantium, cap. 5.  
Qui percutit patrem suum aut matrem reus  
est vt moriatur suffocatus, veruntamen nisi  
fecerit vulnus, penã non tenetur, sed si per-  
cutit eos, & non faciat vulnus, nihil aliud  
est

est quàm si percutiat unum alterũ de Israel,  
Item qui percutit eos, postquam mortui fue-  
rint immunis est. Item dicunt, quod qui ma-  
ledicunt patri vel matri suis non est culpandus  
in aliquo, nisi nominet in eadem maledi-  
ctione vnum de sanctis nominibus dei, &  
nedum patri carnali taliter maledicendo li-  
centiam præbent, sed etiam ipsi deo, vt scri-  
bitur in Sanhedrin cap. 4. quod incipit mor-  
tes. Qui maledixerit nomini dei, non est in ali-  
qua pena vel culpa, nisi iam sit quod propa-  
let nomen proprium domini nostri dei, quod  
vocatur Schemhamphoras, id est tetragrã  
maton. Sed si deum nominat in hora maledi-  
ctionis, cum aliquo aliorũ nominum, vt vi-  
delicet Hæloym quod est deus Sabaoth id est  
exercituum, vel Elid est potens vel aliorum  
huiusmodi immunis est. Item, dicunt in Sa-  
hedrin cap. 3. videlicet. Isti sunt comburen-  
di. Si quis ligauerit pedes & manus proxi-  
mi sui, & propter eandem causam mortuus  
fuerit fame, immunis est ligatio à morte, sed  
si sic ligatus præ calore vel frigore moriatur  
ligator erit reus mortis, quod si eundem liga-



uerit coram leone, immunis est à morte, & si proijcit eum ad mulcas, reus est mortis. Quod si eum proiecerit in puteum ubi sit scala, & alius ammoneret scalam ille qui proiecit eum erit immunis. Item habetur in eodem libro, legunt Magistri, percutiunt unum hominem cum decem fustibus, & interficiunt eum, omnes sunt immunes. Item habetur in eodem libro. Si quis interficit hominem, & reperitur quod interfectus sit terepha id est quod habeat pulmonem lateribus adhaerentem, aut aliam labem, ex quibus Iudaei prohibent ne animalia id habentia comedantur, interfecto huiusmodi est immunis. Glosat Rabbi Salomon, quia vir ille interemit mortuum. Animal enim quod est Terepha dispositum est ad mortem. Item dicit Rabbi Moyses de Aegypto in libro Iudicum in lectionibus de Sanhedrin, cap. 9. quod si aliquis criminofus venit coram iudicibus, & omnes unanimiter in una voce fuerint concordes, quod ipse sit reus mortis, quod talis homo censeatur immunis, cum sit necessarium, quod iudices sint in eius iudicio discrepantes,

pantes, & quod pars eorum condemnet & pars absoluat. Et quod ad maiorem partem sit consensus condemnationis & absolutio- nis. Item habetur in libro Hulim, cap. primo, quod si A, facit testimonium falsum aduersus B, propter quod condemnetur ipsum B, ad mortem, & deinde ante executionem probetur falsum illud testimonium, eripiat- tur B, & moriatur A, quia volebat interficere proximum suum cum falso testimonio suo. Nam habetur in Deutero. 19. cap. Et reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. Et propter hoc, quod dicit, facere cogitauit, & non dicit fecerit notant & adducunt, quod si mors B, fuisset subsequuta, quando re- perta fuit falsitas A, quod in tali casu A, foret immunis. Ecce quam manifeste prae- bent occasionem hominibus ut homicidij & per- iurij peccatum incurrant, ipsos à talibus cri- minibus absoluendo, quod nedum secundum scripturam legem, verum etiam & naturam, merentur punitionem, insuper etiam sunt oc- casio foedi spurcissimiq; luxuria peccati, pro- rebus & modis inordinatis ac turpissimis,

quas enarrant in illo casu. Primo quidem di-  
 cunt in libro Iebamoth cap. qui conuenit cū  
 cognata. Quæ est intètio textus, in Gen. cap.  
 2. In eadem hora qua Deus duxit mulierem  
 ad Adam, quia dixit Adam hoc nunc os de  
 ossibus meis & caro de carne mea. Per hūc  
 textum pater, quod Adam cognouit carna-  
 liter omnes scēminas animalium uniuersorū,  
 sed nō fuit uolūtas eius refrigerata, quousq̄  
 cognouit eā. Et ideo dixit, modo uideo, quod  
 hoc est os de ossibus meis, & caro de carne  
 mea. Videant omnes prudentes quā abo-  
 minabile & sordidū istud est, ultra id quod  
 est tam manifeste falsum, & impossibile  
 prorsus, propter duas rationes inconuincibi-  
 les. Primo, quia ipsi ponunt in alio loco Tal-  
 muth quod deus creauit Adam hominē mul-  
 tum grandem, ultra ceteros homines, in tā-  
 tum quod dicunt in Sanhedrin, cap. Iudicia  
 pecuniarum, quod Adam tenebat in longi-  
 tudine à terra usq̄ ad cœlum, & per conse-  
 quens eius membra valde magna erāt. Erat  
 igitur impossibile ipsum posse cum vna gal-  
 lina coire, vel passere aut similibus his. Se-  
 cunda

cunda ratio propter tempus. Nam temporis  
 breuitas non pateretur, quia ipsimet asserūt  
 in Sanhedrin cap. Summus sacerdos. Duo-  
 decim sunt horæ diei. In prima, fuit humus  
 de qua creatus fuit Adam congregatus. In  
 secunda, fuit corpus confectum. In tertia,  
 fuerunt membra eius extensa. In quarta,  
 fuit à deo anima illius infusa. In quinta, pe-  
 dibus extitit. In sexta, nomina cunctis ani-  
 malibus imposuit. In septima facta est Eua  
 sibiq̄ addita. In octaua, duo ascenderunt in  
 Lecticam, & quatuor descenderunt, et glos-  
 sat Rabbi Salomon, quia eadem hora genue-  
 runt Cam, & quandam sororem suam. In  
 nona, fuit sibi commissum ne de fructu com-  
 mederet. In decima, peccauerunt. In vnde-  
 cima, fuerunt induti. In duodecima fuerunt  
 de paradiso eiekti. Sequitur ergo iuxta præ-  
 dictam auctoritatem, quod nō erat tempus  
 sufficiens ut tam abominabile peccatum cō-  
 mitteretur, sicut ipsi dicunt, sed eorum ver-  
 ba & scripta inuicem contradicunt, unde  
 totum arguitur esse falsum. Item dicunt in  
 eodem libro de Sanhedrin, capit. Iudicia

*pecuniarum supra memorato. Quod in illis cētum triginta annis qui lapsi fuerunt postquam Cain & Abel nati fuerunt, quousq; natus est Seth, quod eo tempore durante, nō cessabat Adam gignere in Eva spiritus malignos & diabolos, quos ipsa parturiebat.*

Vt cunq; Author huius libri doctus, fidelis, & pius, ex Talmudicis Iudeorum Rabinis fideliter collegerit turpia multa. Quæ illi scribere non sunt ueriti, tamē hoc loco tam infanda prodidit, per octo uel decem uersus, ut cōsulito ea expungere, conficiētia urgente, compulsi simus, ne mentes & aures piorum offendi patemur. Id ipsum quoq; sensatiores Iudei in suis impressis cernuntur egisse codicibus. Salua tamen fide Hieronymi huius de sancta fide. Qui sui tēporis in libris, nō dum Impressis certissime, ut alia omnia inuenta, fideliter prodidit. Hodie quoq; impressa leguntur, cū alijs æque turpibus multis. Iusto dei in Iudæos iuditio, qui ueri-

ueritatem Christum negātes, ad tam turpissima dogmata nō horrescūt.

*Item præbent licentiā furandi homines, et vendendi eos, quod reperietis in Sanhedrin, cap. isti sunt suffocandi. Vbi dicitur. Nam Cap. 10. pater qui furatur filium, aut magister discipulum & uēdit illum, immunis est à poena. Omnia premissa sunt talis naturæ, quod etiā gentiles & illi qui naturali ratione tātummodo reguntur illa vitarent & iniqua ac turpia censerentur, ab eis, sed multo magis ab illis qui legi diuinæ subsistunt.*

#### CAPITVLVM SECVNDVM, de his quę cōtra dei seruitium & eius perfectionem.

**I**sti qui à suis vocantur sapientes & iactant se fore seruitores dei ac interpretes Mosaicæ legis, reperiuntur inordinate loquentes de rebus existentibus in magnum vituperium dei patris domini nostri. auferunt enim ab eo omnem perfectionem, & omnem dese-

Etum attribuunt ei. Et primum & ante omnia licentiam tribuunt seruendi dijs alienis & idolatrandi. Nam reperitur in Sanhedrin, cap. 4. quod incipit mortes, supra illud *Leuit. ca. 18. de idolo vocato Moloch, cuius seruitium erat, quod homo acciperet vnum filiorum suorum, & libaret eum sacerdotibus, vt ipsi facerent eum transire per ignem coram idolo suo. Verum autem visa hac & considerata idolatria his verbis in præmissis cap. affixit, de semine tuo non dabis vt consecratur idolo Moloch. Ipsi ergo notant & dicunt quemadmodum ex quo dicit textus, de semine, hoc intelligitur, quod homo non peccat nisi quando dat sacerdotibus partem sui germinis pro Moloch. Sed si omnes filios suos sibi traderet non peccaret. Item in eo quod dicit, non dabis, intelligitur quod non peccat nisi quando pater dat filium suum sacerdoti Moloch vt eum sacrificet, sed si pater met sacrificet eum, nõ peccat. Item ex eo quod dicit, de semine. Intelligitur quod peccatum est quãdo sacrificium fit ex illis qui sunt ab illo offerenti progressi, sed si quis sacrificauerit*

cauerit patrem vel fratrem aut seipsum idolo prædicto, non peccabit. Item dicunt in eodem libro. Sanhedrin, & in eodem cap. Si quis adorauerit idolum, amore vel timore immunis est. Et glossat Rabi Salomõ. Amore intelligitur vt si aliquis dominus rogauerit eum, vt eius amore adoret, timore, vt si minatus fuerit ei, nisi fecerit. Attamen Rabi Moyses de Aegypto glossat aliter, dicens, quod amore intelligitur, vt si fuerit philocaptus à pulchritudine imaginis illius idoli. Timore vero, vt si timuerit ne idolum noceat ei, vt seruitores eius opinantur, quod potest prodesse vel obesse, et quod si in tali casu adoratur, immunis est. Est igitur valde mirandum de glossationibus istis, et de textu Talmuth, quemadmodum clare faciunt contra textum diuinæ legis, scimus namq; quod quando populus Israel pergebat per desertum, & accessit ad Madianitidas et adorauerunt Beelphegor, quod deus ita fuit iratus aduersus populum, quod ex eis vigintiquatuor millia perierunt, & est manifestum, quod illa idolatria non fiebat nisi amore filiarum Moab,

ut patet in libro Numerorum, cap. 23. Item illi tres pueri Sidrach Misach & Abdnago, qui subire maluerunt tormentum fornacis ardentis, quam adorare statuam Nabuchodonozor, quia si hæc opinio vera esset, poterant utiq; ab hoc periculo excusari, ex quo peccassent propter Nabuchodonozor regis timorem, & constat quod ipsi boni periti legis, erant, cum de illis dicatur, quod erant socij & consociati in studio Danielis, unde satis patet, quod sententia prolata per Magistros Talmuth clarissime falsa est. Irè etiam veniunt manifeste contra deum, in eo quod adequantur ei, & prorogant sibi potestatem reuocandi sententiam eius. Et primo quod adequantur ei. Reperitur in aliquibus ordinationibus & ceremonijs, quas ipsi statuerunt, & omnes Iudæi in hodiernum diem observant, hoc est, quod in noctibus aliquibus anni iubent accendere certas candelas in domo, in signum victoriæ Machabeorum & memoria. Et in certo mense anni iubent fieri festum pueri in memoriam miraculi Hester et Mardochei, aduersus Haman. In quo quidem

quidem festo iubetur in Talmuth quod quilibet Iudæus inebriari tenetur, & in eodem die legunt in Synagoga Hester, & in fine quando incendunt dictas candelas, siue quando legunt dictam historiam in Synagoga, dicunt talia verba. Benedictus est dominus deus noster sæculi, qui sanctificauit nos in præceptis suis, & præcepit nobis incendere candelas Neomenia, vel præcepit nobis legere historiam istam. Videte vtrum præcepit deus hoc in lege, nisi quia ipsi sic facientes et iubentes faciunt se æquales deo. Et ne dum hoc, sed verum etiam reputant se posse verba dei reuocare, quod declarant, supra illud Deut. 17. Sed si difficile aut ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge & ascende ad locum quæ elegerit dominus deus tuus, veniensq; ad sacerdotes leuitici generis, & Iudicem temporis illius, quæres à iudicibus tibi iudicij veritatem, & facies quodcumq; dixerint qui præsumt. Et sequitur. Nec declinabis ad dextram, & è conuerso, & ita debet credi & observari, & ad mortem condemnât quemcumq; frangentem aliquid ordi-

nationum suarum, imò etiam dicunt in libro  
**Cap. 3.** *Benedictionum*, cap. cuius mortuus, quod  
 quicumq; deriserit aliquem sapientem Tal-  
 muth, vel de eo aliquid sinistrum dixerit,  
 ad inferos condemnabitur. Et qui transgre-  
 ditur verba legis, nullam pœnam habet nisi  
 quod transgressor est legis. Ecce qualiter plus  
 quam deus scire præsumunt. Quia dicunt in  
**Cap. 4.** libro de *Baba Mecia* cap. aurum comparat  
 argentū. Quod dudū accidit in studio quædā  
 quæstio ardua & disputatio, supra quædam  
 actum legis, & omnes magistri illius studij  
 erant unius opinionis. Sed Rabbi Elyazer  
 qui maior erat omnium aliorum, in illa dispu-  
 tatione contrarius eorum erat, qui ad ipsius  
 intètionis probationem quàm multas ratio-  
 nes evidètes allegavit, quibus ipsi nequaquā  
 assentire voluerunt. Et finaliter ipsis Rab-  
 bi Elyazer ait. Si opinio mea vera est, hoc  
 remitto domino deo nostro, & eadem hora  
 vox quædam de cœlo audita est, sic dicens.  
 Nolite impugnare Rabbi Elyazer quia ve-  
 rum est quod ipse ait. Surgens autem Rabbi  
 Osua, stetit pedibus, & ait, domine deus,  
 lex

lex non est in cœlis, sed in terra, in qua quidē  
 iam perse præcepisti quod ad maiorem partē  
 sit concedendum. Eadem hora excommuni-  
 cauerunt Rabbi Elyazer, quousq; obediuit  
 opinioni eorum. Et dicunt, quod post modi-  
 cum tempus Rabbi Nathan reperit Eliam  
 prophetam, dixitq; illi. Eras ne tu forsan in  
 cœlo quando quæstio illa disputabatur? Qui  
 respondit, etiam. Et ille. Quid ergo ait deus  
 eadem hora qua sapientes eius relationi obe-  
 dire noluerunt. Qui respondit, Risit, dicens,  
 vicerunt me filij mei, vicerunt me filij mei.  
 Item glorificantur isti Talmutistæ in se ipsis,  
 dicentes in libro de *Sucha*, cap. 3. Quod qui-  
 dam doctor cui nomen erat Rabbi Simeon  
 seu Ioaij, dicebat. Ego sum ita dignus & iu-  
 stus, quod si voluissē, pro meritis meis ef-  
 sent omnes homines qui nati sunt in mundo  
 postquam ego natus sum vsq; in hodiernum  
 diem à die iudicij liberati. Et si Elyazer filius  
 meus esset mecum, possemus ab eodem iudi-  
 cio liberare omnes qui nati sunt in mundo, à  
 die quo creatus est, vsq; in diem hunc. Et si  
 Ionathas filius Ozielis esset nobiscum, pos-  
 semus

semus genus humanū liberare totum, à prin-  
cipio creationis mundi vsque in finem. Ecce  
quanta superbia temeritatis. Item, se iactāt  
esse prophetas, vbi dicūt in Baba batra, cap.  
I. à die destructionis templi & citra sublata  
fuit prophetia à prophetis, & data legis pe-  
ritis. Item, manifestum est quod deus omni-  
potens & dominus noster habet omnē perfe-  
ctionem abundātius quam quis posset imagi-  
nari. Etenim eternus, omnipotens, beatissi-  
mus, verissimus, iustissimus, mundissimus,  
& incorporeus, & cum nihil sibi desit de  
omnibus in ipso contentis, quæ omnia vno  
modo per sacram scripturam verum & per  
meram veritatem & apertissimam notio-  
nem, tamen Talmudistæ horum omnium sibi  
contraria, vt ex eorum dictis apparet, oppo-  
nunt. Et primum de opinione in libro benedi-  
ctionum, cap. I. dicunt, quod in tribus custo-  
dibus diuiditur nox, & in earum qualibet  
deus tanquā leo rugit, dicens. Væ mihi, quia  
destruxi domum meam & combussi atrium  
meum, & intra mundi gentes filios meos ca-  
ptiuauit. Item habetur et alia fatuitas in eo-  
dem

dē cap. Dixit Rabbi Iose seu Quixina. Quon-  
dam pergebam pariter, & ingressus quan-  
dam domum ex desertis Ierusalem vt orarē,  
& venit Elyas, in bonis sit memoratus, &  
custodiuit me ad ostium donec perficerē ora-  
tionem meam, qua perfecta dixit mihi. Pax  
tibi Rabbi, & ego, pax tibi domine mi, &  
dixit mihi, fili, quam vocē audiuiti in hoc  
deserto. Et ego audiui quandam vocem vl-  
lulantem sicut columbam, & dicentem. Væ  
mihi, quia destruxi domum meam, & com-  
bussi domum meam, & filios meos intra mū-  
di gentes captiuauit. Tunc mihi ait. Fili, per  
vitam tuam, & per vitam capitis tui Iuro,  
quod non solum in ista hora sic dicit, verum  
& quodcumq; Israel ingrediuntur in Sy-  
nagogas & studia, et audiunt legem ab ore  
alicuius doctoris, & dicitur eis quoddam id  
est proficiunt. Et respondent. Sit nomen eius  
benedictum. Tunc deus mouet caput suum,  
dicens. Beatus rex qui sic in domo sua glori-  
ficatur, & quid habuit pater, vt sic faceret  
filios captiuari. Væ filiis qui migrarunt de-  
super mensa patris eorum, Conclude ex præ-

missis, quod deus nō habet potestatem filios suos de captiuitate liberare, & ideo dilaniantur. Item opponuntur deo patri defectum & miseriam, vt habetur in suo libro Benedictionum, cap. 1. Dicit Rabbi Ioanna nomine Rabbi Ioseph, vnde probamus quod deus orat in qualibet die, probatur per Isaiam, ca. 56. Et letificabo eos in domo orationis meæ. In quantum dicit orationis meæ & non dicit orationis eorū, patet quod ipse deus orat, & queritur ibidem, quam orationem facit. Dicit Rabbi Papa. Oratio eius est hæc. Sit voluntas mea quod refrenet misericordia mea iram meam, & quod habeam me cum filijs meis in uirtute misericordie. Item dicunt in baba batra capitulo qui vendit nauem. Quod Rabba filius Barachie pergebat pariter, cui quidam Gerularius ait. Veni mecum, & ostendam tibi montem synai. Iuit cum eo, & audivit quandam uocem dicentem. O miser, vñ mihi quia iuravi, & ex quo feci iuramentum quis me ab eodem absoluet, & postquam venit ad studium, narrauit istud magistris, & ipsi impugnarunt eum dicentes.

tes. Et eadem hora qua dictam uocem audiebas, debebas dicere, domine, ego tibi iuramentum absoluo, quibus ipse ait, dubitabam ne forte diceret de iuramento quod fecerat Noe, ne amplius adduceret diluuium super terram. Et glossat Rabbi Salomō, quod hoc iuramentum de quo deus cupiebat absolui, est, vt captiuaret Israel, quia ipse subportabat partem laboris eorum, ideo est tribulatus, & quamuis in pluribus libris Hebraicis habeatur, pro vt beatus Hieronimus translatauit. Attamen in aliquibus habetur sic. In omni tribulatione eorum, et ipse tribulatus est. Et secundū hunc textum glossat Rabbi Salomon. Item opponunt deo ignorantiam, secundum quod dicunt in eodem libro benedictionum, eodem cap. primo sæpe nominato, ubi sic. Postquā templum fuit destructum, non emanauit de eo in toto mundo nisi spatium quatuor cubitorū duntaxat studij Talmuth. Item dicunt, quod in tribus primis horis cuiusque diei Deus sedet ad studendum in Talmuth. Patet ergo, quod ex quo eget studio scientia, perfectione caret, &c. Item repu-



- tant eum nugacem, ut habetur in Bala in  
 Chia vel Mexia, ca. Qui legit, Dicitur ab  
 Cap. 3. Rabbi Ismael. Magnum quid est parum, quia etiam  
 deus mentitus est, ut pacem poneret inter  
 Abraham & Saram. Quod patet Gen. 18.  
 cap. Quia quando angelus predixit Abra-  
 hae quod Sara erat filium paritura, & ipsa  
 existens in tenitorio audiuit eum, ut habetur  
 in textu, quod ipsa ridebat intra se, dicens.  
 quomodo posset hoc fieri, cum dominus meus  
 sit senex. Et postea quando deus retulit ea-  
 dem verba Abrahæ, dixit, quod ipsa dixe-  
 rat de se ipsa, cum ego sim senex. Patet dicunt  
 illi, quod deus mutauit sententiam, ne forte  
 indignaretur Abraham aduersus Saram,  
 quia nominauerat ipsum senem. Sed qui be-  
 ne respexit historiam reperiet quod dicunt  
 falsum, quia tam bene patet, quod quando  
 Sara riserat, senem seipsam nominabat. Itē,  
 reputant Deum patrem peccatorem, ut ha-  
 betur in Holyn cap. Istæ sunt vapinæ. Su-  
 pra illud Gen. cap. primo. Fecitq; deus duo  
 luminaria magna. Dicit Rabbi Simon, In  
 hora creationis æquales erant sol & luna.  
 Sed

Sed venit luna coram deo, dicens, domine  
 nunquid bonum est quod duobus regibus uno  
 diademate seruiatur? & Deus dixit. Vade  
 minora teipsam. Et ipsa, domine deus, quia  
 rationabiliter locuta sum Ideo iubes mino-  
 rari me, & sic in maxima maestitia posita  
 est. Et deus ut mitigaret eam, dixit ei, noli  
 contristari, quia sol non apparebit in nocte,  
 & tu nocte dieq; Ipsa vero minime conten-  
 ta, respondit. Domine Deus & candela co-  
 ram sole quid prodest, Et Deus. Ego faciam  
 quod populus meus Israel solemnizet fasti-  
 uitates tuas per computum mensium suorum,  
 sed cum toto hoc voluit contentari, in tan-  
 tum, quod deus se tenuit pro culpabili, &  
 mandauit sibi fieri sacrificium vnus edulij  
 in quolibet nouilunio, pro indulgentia illius  
 peccati, Et hoc probatur ex eo quod scribi-  
 tur numeri 18. Hircus quoq; offeretur domi-  
 no pro peccatis. Videant ergo omnes, quan-  
 ta dementia ista est huius authoritatis, &  
 quam tam contrarium intellectui cuiuslibet  
 intelligentis, & ruditas intellectus eorum.  
 Item, reputant deum patrem coinquinatum

Cap. 7. *Baba Mezia, capitulo. Qui conducit operarium. Dicit Rabba Ioanna. Deus sacerdos est: scribitur namque Exod. 25. loquere filiis Israel, & tollant mihi primitias, quæ quidem primitiæ nemini præterquam sacerdotibus offerri debent. Item, probatur quod recepit pollutionem, scriptum namque est Deut. cap. ultimo, quod quando Moyses obiit, quod deus sepeliuit eum, & sacerdos qui tangit corpus hominis mortui, pollutus est. Ergo deus pollutus est. Ad satisfactionem autem huius dicunt, quod postea se abluit, & mundatus est. Et queritur ibidem ab eis ubi se lauit, in aqua nequibat, Isaie namque cap. 40. ait, quis mensus est aquas pugillo, & satisfacit. Ipse Rabbi, quod cum igne se lauit quia sic scriptum est, Isaie ultimo. Quia ecce dominus in igne veniet. Item dicunt, quod palpat immunda, ut habetur in libro Nidda cap. Abortatrix quod deus facit venire coram se omnes guttas spermatis exeuntis ab homine Israeliico, dicens. Quando venit tale sperma de quo iustus concipitur. Itē reputant*

*reputant ipsum corporeum, ut habetur in libro Berochorh, cap. ultimo ubi dicit, quod quando venit in dei voluntatem, ut crearet hominem, accepit carnem & sanguinem et formauit ad suam similitudinem, & inspirauit in eo animam. Patet quod deus habet formam hominis corpoream. Item dicit Rabbi Ioanna, deus se inuoluerat in quodam sindone, ut ostenderet se Moysi, dicens, quando cumque peccauerit Israel, & conuertent se ad me, & orauerit tali modo, parcam sibi. Item dicunt in libro Benedictionum, cap. 1. Quod in qualibet die deus ponit in capite suo et in brachio suo Cessilim id est phylacteria, ubi scripta sunt certa capitula legis et queritur in Talmuth, in Philacterijs dei quid scribitur? quod illud in 2. Reg. 7. cap. Quæ est autem gens ut populus Israel in terra. Itē dicunt in capitulis Rabbi Elyazer, omnis qui nouit quantitatem facturæ creatoris mundi nouerit se futuram gloriam habiturum, & ego, & Rabbi Aquiba sumus ei fide iussores. Item redargunt deum de inuidia, ut habetur in Zotha cap. 1. Quinque homines crea-*

uit deus sibi similes in aliquibus, videlicet Samson in fortitudine. Saulē in cervicis pulchritudine, Absolonem in capillis, Regem Sedechiam in oculis, Regē Asa in pedibus, & in his in quibus sibi similes erant, condemnauit eos. Patet ergo quia inuidebat eis, &c.

CAPITVLVM TER-  
tium de his quæ sunt contra legē Mo-  
saicam & prophetas.

**M**anifestum est quod omnes homines qui legem habere se dicunt tenent et affirmant deum patrem de nihilo mundum creasse, cum nullam materiam neq; simplicem neq; compositam de qua faceret mundū habuisset. Et hic est primus sermo Mosaicæ legis. In principio, dicit, creauit deus cælum & terram. Etenim omnium doctorum tam latinorum quam Hebreorum intentio quod istud verbum creare idem est quod aliquid ex nihilo inuenire, quod equidem non est ita generare, facere, operari seu formare quia diuina

diuina ista significant aliquid ab aliquo pro-  
ducere, & qui contrarium tenet Hæreticus  
proculdubio reputaretur, cum talis præsu-  
mat fundamētū destruere, supra quod vni-  
uersa scripturæ sacræ miracula recte fundan-  
tur. Reperiemus tamen vnum de maioribus  
doctoribus Talmuth, cui nomen est Elya-  
zer, Rabbi famosus, qui contra hunc articu-  
lum venit, vbi sic ait in libro suo vocato Ca-  
pitula Rabbi Elyazer. Cæli de quo fuerunt  
creati? de luce vestimēti dei creati sunt. Ter-  
ra de quo fuit creata? de niue quæ erat sub  
sede maiestatis dei creata est. Et dicunt glos-  
satores, quod istam niuem accipiebat Rabbi  
Elyazer pro eo quo vocant philosophi pri-  
mam materiam, scilicet Ile, de qua sunt qua-  
tuor Elementa procreata, quod philosophus  
probare conatur in primo physicorū. Quod  
sit ingenerabile et incorruptibile. Patet ergo  
quod iste doctor erat opiniōis philosophicæ,  
quia aut ipse tenet quod sit possibile aliquid  
ex nihilo creari, aut ne, quod si sic, non erat  
sibi necessariū quærere de quibus essent cæli  
& terra. Quod si non expedit ei, aut ali-

quam credere materiam ab aeterno sine principio, aut vnā ab alia successiue materiam vsq; in infinitum generari, sed ire ad infinitū est impossibile, ergo concluditur necessario ex verbis huius doctoris, quod ipse non credit legi diuinæ, vbi in eius fundamento & principio dicit. In principio creauit Deus cælum & terram &c. Quod vult dicere de nihilo creare, sed credit aliquam cum deo materiam ab aeterno, et hæc opinio est erronea, & legem diuinam tenentibus contraria. Est præterea & alia doctoris alterius auctoritas, cui nomen Rabbi Simon, qui dicit ad litteram, quod ordo temporis iam erat ante mundi creationem, & qui hoc tenet, credit necesse quod cælestia corpora sunt ab aeterno, cum tempus nihil aliud sit quam numerus motus cælestis. Item habetur in Habadzara vbi queritur. Quid deus agat vel in quibus se intromittit. Et respondēt, quod in tribus horis diei primis sedet & studet in lege. In tribus secundis docet pueros qui mortui sunt. In tribus tertijs indicat totum mundū. In tribus quartis stat ludens & solacium capiens

capiens & ridens cum Leuiathan, & his tantum vacat in die. Sed quid facit in nocte? & respondetur ibidem, quod equitat leuissime super cherubim, & visitat decem & octo mille mundos, quos creauerat, sed hoc facit post mundi creationem. Ante tamen quid faciebat? Respondetur, edificabat mundos, & destruebat eos. Ergo videāt omnes & examinent, vtram non ex ista bestiali auctoritate hæresis subsequatur & oriatur, fore mundum ab aeterno, & quot inconuenientia sequantur ex ea, & inconstantia in Deo, mutabilitatem, ignorantiam, inutilitatem, impotentiam, & frustratoria opera, & alias inconuenientias inferant in Deo, vnde arguitur iners, rudissimus intellectu & bestialis. Item liquidum est, & super hoc fundatur omne vetus & nouum testamentum, quod omnes homines prouidentia diuina reguntur, & quod illis Deus iuxta merita vel de merita bona vel mala disponit, quod patet per admonitiones Moysis in benedictionibus et maledictionibus legis et per textus legis infinitos.

Videmus quod regi Exechie fuit vita 15. annorum propter orationes & bona merita prorogata. Abraham propter merita sua dignus fuit prole habere, quã natura sibi præ maxima senectute negarat. Talmutistæ vero contrarium tenent, dum ita dicunt filios, vitam, & victum homines habere, non ex meritis pendet, sed ex signorum cõstellatione. Item aduersitas regis Saulis, & prosperitas David regis, planetis & signis attribunt, dum ita dicunt, si natus fuisset Saul in signo David, quam multi similes David cecidissent corã eo. Item dicunt in libro Thamiot in cap. Ieiuniorum ordo. Quod quidam magnus Doctor nomine Eleazar seu Pedat, maxima paupertate vexatus quandoq; in suis orationibus conquerebatur. Cui deus respondit. Si vis amore tui destruam mūdum, & iterum recreabo illum, & forte accidet quod in tali signo nascaris in quo locupletari possis. Ex quo patet, quod erat talis opinionis, quod deus non posset sibi de diuitijs providere, nisi mediantibus cœlestibus signis. Item veniunt contra textum pagine sacræ.

Et

Et primo dicunt in Abodazara, cap. primo quod tempore Messia non recipient quencquam alienigenarum gentium volenticum ad legem venire dei, quod est summe falsum, contra charitatem, & contra omnes prophetas. Dicit etiam Iacob Patriarcha. Gen. cap. 49. Vbi loquitur de Messia. Et ipse erit expectatio gētium. Et Zacharias cap. 2. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum. Et Isaias cap. 6. In die illa radix que stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Item peccat male tractando & tanquam peccatores et malos homines reprobando illos quos dominus noster approbauerat, bonos & iustos. Et primum de Adam à deo patre formato immediate, et proculdubio cum maiori perfectione, qua potuerit haberi in homine carnali, & ipsi eidem opponunt illud peccatum carnaliter tam foedum & abominabile, ut superius scriptum est in cap. 1. Item contra Noe, de quo habetur in Gen. cap. 6. Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generationibus

*suus, cum deo ambulavit. Ipsi vero dicunt in  
 Ioma cap. Dies expiationum, Euigilans au-  
 tem Noe ex somno, didicit quæ fecerat ei fi-  
 lius suus minor. Queritur illud, & quid fe-  
 cit ei. Rab, dicit, quod fecit eum Eunuchum,  
 Sehmuel dicit, quod coiuit cum eo tanquam  
 cum foemina, & quilibet istorum doctorum  
 dicam verius Hereticorum, proditorum sua  
 opinionem imò abominationem rationibus  
 confirmat, et contra alterius arguit opinio-  
 nem. Sed etiam peius Talmudistæ cōcludūt,  
 quod ambo istorum duorum doctorum suo-  
 rum dicunt veritatem. Videatis horribilem  
 murmurationem, & falsissimam diffama-  
 tionem per eas oppositam homini à deo ele-  
 cto ex omnibus creatis, & quis illa patere-  
 tur? Item, de pane Abraham habetur Gen.  
 25. quod quādo Abraham obiit deditq; cum  
 ceta quæ possidebat Isaac, filijs aut cōcubina-  
 rū munera dedit. Nunc dicūt in Sanhedrin  
 cap. ultimo. Et quæ sunt illa munera quæ de-  
 dit eis, & Respondent, quod docuit eos no-  
 mina immunditiæ, & glossat Rabbi Salo-  
 mon, quod erant vocatōnes diabolorum.*

Videte

*Videte ergo vtrū sit hoc contra scripturam  
 vbi dominus noster deus cōmēdat Abraham,  
 dicens, Gen. 18. Scio enim quod præcepturus  
 filijs eius sit, & domui suæ. Post se vt custo-  
 diant vias domini, et faciant iudiciū et iusti-  
 tiā, et adducat dominus propter Abraham  
 omnia quæ locutus est ad eū. Quomodo ergo  
 credendū est quod ipse hereditaret filios suos  
 de cōuocatione demonū, et illa esset via dei?  
 Itē obloquūtur de David, de quo reperimus  
 quod quādo erat in fine dierum suorū, et vir-  
 tus naturalis nō iuuabat eum, vt calefieret.  
 adduxerunt ei Abisai Sunamitidem vt illi  
 ministraret, & cum eo dormiret 3. Reg. 1.  
 vt est res naturalis & approbata per medi-  
 cinam, quod videlicet calor puellæ virginis  
 uel domicellæ ualet prodesse homini antiquo,  
 vt calor naturalis excitetur in eo. Et sacra  
 relatiōe text⁹ habet ad literā quod ministra-  
 bat regi dormiebatq; in sinu suo, rex uero nō  
 cognouit eā. Sed Talmudistæ in Sanhedrin,  
 cap. Sum⁹ sacerdos, aiūt, quod David cogno-  
 uit eā in cōspectu Bersabæ duodecim vicib⁹  
 in vna hora, & Bersabea terferat eam cum*

Cap. 1.

tredecim lintheaminibus. Respice quæso for-  
diditas cogitationes hominum impurissimorū,  
nil præter luxuriam spurcissimam, cogitan-  
tium, qui optantes & committentes illam  
tantum & omnino textui & veritati con-  
tradicientes & sentientes sunt, & quantum  
Deus, qui ueritas est, alienus est ab eis in tan-  
ta cæcitate demersis. Item, ubi in libro Iudi-  
cum 5. cap. Narratur de magno bono, &  
virtute venerabilis mulieris Iael. propter  
Dei seruitium, quæ interfecit Sisaram inimi-  
cum Israel. ut videmus in Cantico per deb-  
boram prophetissam & Baruch ordinatum  
magna laude quod de eadem Iael enarratur.  
sed cum toto hoc, ipsi peruersi Talmudistæ  
dicunt in libro Nazir. Hæc uerba, dicit Rab-  
bi Ioanna, septies succubuit Iael Sisare, in  
eodem instanti & continuo cecidit eum. Itē  
Balaam, quamuis uoluisset nocere populo  
dei, & censeretur iniquus, propheta tamen  
fuit, & textus dicit de illo, qui erat auditor  
sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissi-  
mi. Sed ipsi prædicatores & diffamatores il-  
li opponunt turpissima et exercanda, de qui-  
bus

bus scriptura nullam facit mentionem, ut  
habetur in libro benedictionum, & in San-  
hedrin, dicendo, uerba Asina quæ dixerat.  
Nonne ego tuum sum animal, cui semper  
sedere assueuisti usq; in præsentē diem. & c.  
Dicunt ei, quod nuntij regis Balach inter-  
rogauerunt eum. Quare non equitas equum?  
Quibus ipse respondit, quia dimisi equos  
meos ut comedant herbas ut impinguen-  
tur. Et tunc asina dixerat. Non est uerum.  
Nonne animal tuum sum ego, & Balaam.  
Ita est, modo, quia fuit mihi necessarium,  
eo quod equum non haberem, & ipsa, non  
est ita, sed semper: et nihilominus quia sum  
asina tua in die, & uxor in nocte, uidete  
quæso peruersiones luxuriosas, in quibus co-  
gitationibus linguam apponant, quod tan-  
tum cogitare, abominabiles ipsos facit, &  
omnibus inuisos & odiosos sine pietate.  
Item dicunt in Hulin, capitulo omnes uo-  
ces. Quid est illud iudicum, cap. 13. Vbi dici-  
tur de Samsonē, ceciditq; puer, et Dominus  
benedixit ei. In membro eius, quia quando  
proijciebat sperma, proijciebat ita forti-

ter, quod ut fluvius egrediebatur, & quando caperunt eum philistæi, & eruerunt sibi oculos, & in carceribus eum molare faciebant. Ibi dicunt Talmudistæ, quod illud molare intelligitur quia quilibet philistinorum adducebat sibi uxorem suam, ut si fieri posset, susciperent prolem ab eo tanti roboris sicut ipse erat, &c. Et reperietis in alio loco Talmuth, quod faciunt contrarium videlicet, quod multi fuerunt per sacram scripturam peccatores reputati, quorum peccata litera manifestat, & ipsi excusant eos, ut minime peccauerint. Et primo de Ruben, cuius peccatum in Gen. 35. referatur. Abijt, inquit, Ruben, & dormiuit cum Baia concubina patris sui, propter quod scelus perdidit primogenituram 1. Paralip. 5. ca. Ipsi vero omnes textus falsos faciunt, & de hoc dicunt in libro Sabbath cap. Cum quo. Dicit Rabbi Ionathan. Quicumque dicit quod Ruben peccauit, non est nisi peccator. Ita quod peccatores reddunt prophetas eosdem qui premissa scripserunt. Similiter iustificare nituntur filios Heli, de quibus primo. I.

Reg.

Reg. cap. 2. Scribitur enim, filij Heli filij Belial, nescientes dominum. Item ibidem, Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israel, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Item iustificat filios Samuelis contra textum de illis loquentem, quia non ambulabant in via Samuelis eorum patris, & quia vendebant iustitiam argento. Item dicunt, quod Dauid nõ peccauit in coitu Bersabeæ, nec morte Vriæ viri sui. Item dicunt, quod peccauit quando in fine dierum suorum fuit idolorum cultor, conclude. Quod omnino demonstrant quod verba sacræ pagine falsa sunt, &c. Item præstant hominibus occasionem periurandi & irritandi vota quæ faciunt, dicunt enim in libro Nedarin capitulo. Quatuor vota. Quicumque vult quod iuramenta promissiones & vota quæ acciderint sibi per totum annum nullum valorem habeant, surgat in die capitis anni, & dicat sic. Omnes promissiones vota, & iuramenta quæcunque, quas & quæ

M 2



fecero per istum annum venientem, ammodo prorester, quod omnia sint cassa & nulla, & nullius valoris habeantur. Et isto modo vtuntur ad presens isti Iudæi, nam in nocte ante diem expiationum, stat Rabbi in Synagoga, tenens rotulum legis in brachijs suis, & omnes Iudæi coram ipso cum magna solennitate, eadem verba proferens supra dicta, & in hoc intelligunt, quod sunt sine onere violandi quodcumque fecerunt iuramentum, & signanter Christiano. Quia sacramentum quod quidam Iudeus alteri facit, ille qui recipit iuranti dicit. Tu iuras legi & Deo ad meum intellectum, quod facies hoc, &c. Et ex quo dicit, ad meum intellectum, reuocatur protestatio illa quam fecerat in principio anni, sed si iuramentum sit factum Christiano, dicunt illi, quod licet Christianus dicat Iudæo, tu iuras ad intellectum meum, quod hoc non reuocat protestationem, eo quod Christianus nullum habeat intellectum. Et cum hoc, quamuis vniuersi Iudæorum cætus & vniuersitates in vno loco congrega-

t&amp;

t& pro habitatione, iuxta forum villæ suæ ciuitatis faciant iuramentum in posse rectoris ciuitatis semel in anno, quod non dabunt pecunias suas ad vsuram, vltra illud quod est per principem aut commitatem & regimen ciuitatis ordinatum & decretum, tamen nullus eorum tale iuramentum obseruat neque custodit, quia credit minime se peccare, propter cautelam supra dictam.

Item diffamant eorum patrem Moysen in miraculis factis à Deo patre, & hoc dicit Rabbi Salomon supra illud numeri 21. cap. Ignis egressus à domino interfecit cel viros, offerentes incensum, venenum inquit dedit eis Moyses in incenso, cum quo Nadab & Abiud combusti fuerunt. Item dicunt in lib. Sadath, cap. Egressus Sabath, quod si Cap. 1. duo simul homines aut plures, vnum crimen commiserint, sunt immunes à pœna, vt si videlicet duo vel plures cum singulis fustibus alterum interficiunt, à pœna sunt immunes, lex dicit, quod quando aliqua anima peccauerit, talem sustineat punitiōem, ergo paret, dicunt ipsi, quod nisi tantum vnus di-

M 3

gnus est punitione, ille videlicet qui scelus perpetravit. Ex quibus omnibus potestis eorum & nequitiam & in iustitiam & vilitatem considerare & detestari, &c.

CAPITVLVM QVARTVM  
tum de uanitatibus decisionibus & uitijs contentis in Talmuth.

**P**rimo & principaliter dicunt multas vanitates aduersus dominum nostrum deum patrem omnipotentem. Nam Rabbi Salomon ita querit. Quæ est causa quare Iacob cum esset propheta non habuit in reuelatione quod filius eius Ioseph à fratribus ueditus fuerat, & non à fera deuoratus, ut ipse credebat. Et ipsemet respondit, & rationem præbet, quia scilicet fratres eius in hora venditionis ipsius uoluerunt excommunicare & anathematizare quemcumque, venditionem huiusmodi alicui reuelantem quod equidem fieri non poterat, nisi essent decem personæ, in quorum aspectu solenni-  
ter

ter fieret excommunicatio talis, & quia nõ erant nisi nouem, associarunt sibi Deum, ut essent decem in dicta excommunicatione, & ideo Deus non fuit ausus neque etiam potuit hoc secretum alicui reuelare. Item dicunt in Sabbath cap. Rabbi Aquiba, quod quando Moyses ascendit ad cœlum, quod inuenit Deum rotulum legis in manibus habentem & coronas lectoribus eius facientem, & ipse Moyses nihil sibi dixit, Deus autem dixit ei, Moyses, cur non me salutas? et ipse, quomodo domine? est ne seruus quispian ausus suum dominum salutare? & Deus illi, verum dicis, sed ex quo venisti, adiua me. Item dicunt in eodem cap. quod in die iudicij deus dicet Isaac Patriarchæ, filij tui peccauerunt, & ideo uolo eos cõdemnare, et respõdet Isaac, domine, sunt namque etiã filij tui, tu namque in lege mea scripsisti, filius primogenitus Israel. Volo tamen ad cõputum venire tecum. Videamus quanta sit hominis uita, nempe spatium 70. annorum, ex his sunt 20. in quibus non est homo adhuc in etate, in qua debebat pro peccatis

condemnari, restant ergo 50. remota huius temporis medietate, in qua homines meritorijs operibus vacant, ut orare & studere, & necessarijs, ut comedere & bibere. Restant anni 12. cum dimidio, ergo diuidamus illos inter me & te, & filij nostri absoluantur à pœna. Videte quæso doctrinam vanitatis, vtrum Deus talem computum nonerat? & quanto sit ista persuasio malorum peccatori, &c. Item dicunt in Baba cap. Qui conducit: Quod eo tempore quo ordinabatur Talmuth, stabat Deus in studio cœlesti cum studentibus suis quadam die in magna controuersia, supra quodam casu lepræ, videlicet vtrum esset leprosus censendus qui tale vulnus haberet vel ne, & Deus dicebat quod sic, ceteriq; studentes dicebant, quod non. Et dixerunt, quis erit examinador controuersie huius, & fuerunt concordēs vnanimiter, quod esset Rabbi Barnabaman, & eadem hora fuit anima eius raptā in cœlum, & sua sententia dei opinionem approbavit. Ecce quanta fatuitas, & hæresis manifesta. Item queritur in Abodazara

zara capitulo primo. Quibus operibus vacet Deus per totum diem, & respondetur ibidem. In primis tribus horis studet circa legem, in secundis tribus docet paruulos qui mortui sunt. In tribus tertijs sedet iudicare vniuersum mūdum. Et cum videt quod debet iudicare, surgit de Cathedra iudicij, & sedet in Cathedra misericordie. In tribus vltimis sedet ad ludendum cum Leuiathan. Inde queritur hoc. Quid facit in nocte. Et respondetur. Equitat leuissime super Cherubin, & visitat 18. mundos quos creauit. Item queritur. Ante quam crearet mundum quid faciebat? Et respondetur, creabat mundos & destruebat eos. Item dicunt in Baba Bathra in cap. vendens. Futurum est, quod Deus faciat conuiuium cum Iudæis de carnibus Leuiathan. Et dabit eis ad potandum vinum, quod est in vris suis à principio mundi vsque in eandem horam conseruatum. Item habetur in Sabath cap. Cilel. Quia Nabuchodonozor habuit Sodomitarum vsu cum omnibus regibus, quos habebat victos in sua potestate, &

quando capit regem Sedechiam, & voluit  
 coire cum eo crevit membrum eius in longi-  
 tudine cubitorum 300. ita vt illud com-  
 mittere nequiret. Ecce turpitudine bestialis  
 Cap. 8. opinionis. Item habetur in Ioma cap. expia-  
 tionum dies. Quod Rabbi Elyaxer & Rab-  
 bi Ismaël habebant v̄etres ita grossos, quod  
 quādo stabant pedes faciei ad faciem, ita vt  
 ventribus tangerentur, poterant duo boues  
 transire inter eos neminem tangendo, &c.  
 Quadam vero magna domina vidit eos, di-  
 xitq; illis. An sunt isti vestri qui dicuntur  
 filij vestri. Est enim impossibile cum tam  
 magnis ventribus potuisse generare. Cui &  
 ipsi respondentes dixerunt. Noueris quod v̄-  
 tres vxorum nostrarum nostris sunt gros-  
 siores, & ipsa potissime, ergo quæ vobis di-  
 co, vera sunt, & ipsi responderunt. No-  
 ueris itaq; quod respectu corporum sunt no-  
 bis proportionales membrorum. Et alibi Rab-  
 bi Ioanna dicit. Quod huius Rabbi Ismaël  
 membrum cuidam sacco nouem mediorum  
 in magnitudine comparabatur, & mem-  
 brum Rabbi Elyaxer sacco octo modiorum,  
 Et

Et per hunc modum tanta eadem aucto-  
 ritas procedit, cuiuslibet doctoris eiusdem  
 studij dicendo membri quantitatem. Et ec-  
 ce Theologia & philosophia in qua stu-  
 dent isti proditores animarum, & pessi-  
 mi viri, &c. Item habetur in Sanhedrin,  
 capitulo. Isti sunt comburendi, supra illud Cap. 9.  
 numeri vigesimoquinto, de illo principe  
 Zambri qui fornicatus est cum Madiani-  
 tide Cozbi, quando ingressus est cum ea in  
 lupanari vidente toto populo. Dicunt ipsi  
 Talmudistæ quod 423. vicibus dormierit  
 cum illa, in illo modico temporis spatio,  
 & Phinees interim erat expectans ad o-  
 stium, quousque ingressus occidit illos, &  
 de testiculis, membro, & de vulua eo-  
 rundem fornicantium tot nefanda enar-  
 rant, quod nedum scribere, sed cogitare  
 pudet. Item habetur in Sanhedrin cap. Sine  
 iudicia pecuniarum. Quod tres ferunt in pec-  
 cato luxuriæ deprehensi dum essent in Ar-  
 cha Noë inclusi, videlicet Canis, Coruus, et  
 Cham filius Noë, & hi tres omnes fuerunt

condemnati. Canis foemina post coitum al-  
ligatur. Coruus quia concipit hore. Cham  
qui fuit maledictus à patre, &c. Item est  
quæstio in Baba quama capitulo primo. Si-  
quidem equus vel asinus extendens mem-  
brum suum aliqua vasa fregerit cum eo-  
dem, utrum tenebatur dominus suus solue-  
re nec ne. Et sunt in eadem controuersia di-  
uersæ opiniones doctorum, sed nihil in ea-  
dem quæstione diffinitum est, quousq; ve-  
niat Messias. Ecce quam pulchra quæstio,  
reseruata est per Messiam & mediatorem  
dei & hominum definicnda, quis sanæ men-  
tis pateretur homines tantum insolentes?  
Item habetur in Nidda capit. Abortatur.

Cap. 3. Quod dum paruulus est in utero matris te-  
net quandam lucernam super caput suum,  
cum qua videt à fine vsque in finem mun-  
di, & sic cognoscit omnem legem & om-  
nes sententias. Et eadem hora qua egredi-  
tur de utero matris, venit quidam angelus,  
& cedit in os eius vnicum ictum, ita ut  
omnia quæ nouerat tradat obliuioni. Item in

in eodem libro capitulo. Mulier quæ facie-  
bat: & in Berochoth cap. Qui vidit. Quod Cap. 9.  
Og Rex Basan, quem conquestus est Moy-  
ses antequam moreretur, quod tempore di-  
luuij liberatus fuerat ab eodem. Quod est  
duplici ratione falsum. Prima, quod à tem-  
pore diluuij vsque ad tempus Moysi lapsi  
sunt 400. anni. Secunda, quod veniunt cõ-  
tra textum, qui narrat quod ex toto huma-  
no genere nullus remanserat post diluuium,  
præter Noë & filios eius. Item dicunt de  
eodem Og rege Basan, quod cum populus  
Israel esset in deserto, quæsuit Og pro spa-  
tio situationis populi eius, & relatum est il-  
li, quod erat spatium trium leucarum. Tunc  
euulsit vnã syluam magnam, spatij trium  
leucarum, quam posuit supra caput suum,  
ut eam supra populum & castra proyce-  
ret, & sic omnes simul vno ictu consume-  
ret, quo cognito, dominus Deus magnam  
formicarum quantitatem in vertice illius  
sylvæ congregari fecit, quam quidem syl-  
uam perforauit, ita, quod homo inuictus per  
illud foramen caput proprium emittens, syl-

nam illam induit, & vestitus est, quā quidem sylvam cum extra se proijcere voluisset, prohibuit Deus, & fecit crescere dentes eius, & non potuit. Tunc Moyses volens eum interficere, cepit quandam securim longitudinis decem cubitorum, & ipse erat alios decem longus, & crexit se in aërem alios decem, & percussit eum capite modicum, & sic dilaniavit eum, quod est summe falsum, quod legimus ad literam in cap. Deuterio. quod solus Og rex Basan restiterat de stirpe gygantum, & monstratur Loculus eius ferreus qui est in Rabath filiorum Amon novem cubitorum habens longitudinem. Hæc & alia multa vanitates in eadem authoritate describuntur. Item habetur in Nidda cap. Abortatrix, dicit Rabbi Saul. Ego sepeliebam mortuos, & accidit mihi quadam vice dum quendam mortuum sepelirem, venit quidam corvus & intravit per os cruris mortui cuiusdam, & ego cucurri post eum per stacium irium leucarum, & semper per vacuum celsius illius, & postquam vidi me non posse illum assequi

assequi, reuersus sum, & cum exirem cognoni quod illud os erat de corpore Og supra nominati. Nunc autem adhibeat fidem authoritatibus istorum doctorum, & tali volumini, vbi lex istorum diuina canitur. Item dicitur in Sebuoth capit. Qui coniurat. Quod dum completeretur tempus vt obiret Rabbi Osua beulem, dixit angelo percutienti, præcor vt antequam occidas me ostendas mihi locum meum in paradiso, & angelus ei, placet mihi. Dum autem pergerent, dixit ei Rabbi Osua. Da mihi quæso gladium tuum, vt securius pergam ne occidas me in via. Dedit ei. Cum ergo accessissent propè paradisum, accepit eum ipse angelus, & eleuauit manibus suis vt ostenderet ei locum suum. Dixit Rabbi Osua ad angelum, eleua me paulo altius, quod cum fecisset angelus, Rabbi Osua quodam magno saltu se posuit in paradisum, Angelus vero cepit eum per simbriam vestimenti sui, & dixit ei. Egredere, vnde iurauit Rabbi Osua, quod non exiret inde, tunc cœperunt rixari simul, quousq; causa deducta

fuit coram deo, & Deus taliter pronunciauit, quod si Rabbi Osua omnibus diebus vitæ suæ falsum non iurauerat, quod nec illud iuramentum transgrediretur, quod non potuit reperire ipsum vnquam falsum iurasse, & ideo habuit ibi remanere. Tunc dixit ei angelus, Redde mihi gladium meum. Et ecce vox de cœlo lapsa est, dicens. Redde sibi gladium, neesse est enim vt cum eodem gentes occidantur. Tunc venit Helias & præcedebat eum præconisando, præparate locum pro iusto isto, & pergens vidit Rabbi Symeon sedentem supra 14. strata aurea. Ecce quales fabulas & mendacia ponere audent in scriptis isti pessimi ribaldi. Item habetur in Hulin cap. Istæ sunt raptæ. Quod quidam Leo in sylua Hullaij cuius latitudo est nouem cubitorum, dicit Rabbi Ioseph, quod 16. cubitorum, & habetur ibidem, quod quidam quesuit Imperator à Rabbi Osua dicens, quæ est dei sublimitas? quia scriptura comparat eum leoni, cum quidam miles sufficiat occidendum eum. Et Rabbi Osua respondit. Vis scire cui leoni comparatur,

ratur, illi scilicet qui est in sylua Vllaij. Et imperator. Multum desidero eum videre. Eadem hora præcatus est eum, et duxit leonem de sylua, & venit versus Romam, & quando erat prope Romam per spaciũ 300. leucarum, dedit vnum rugitum, & ecce vniuersæ mulieres Romæ prægnantes abortiuerunt, & muri vrbis ceciderunt. Deinde cum appropinquasset per alias centum leucas, ita quod distabat tantum per 200. Iterum rugit, & ceciderunt dentes omnium hominum in vrbe Roma commorantium, et imperator cecidit à culmine quo sedebat, & ait Rabbi Osua, quid hoc erit, & ille, imperator illustris, adhuc distat per 200. leucas. Ora, inquit, ergo Deum, vt in locum suum reuertatur. Ipse autem orauit, & ita factum est. Ecce quam pulchra fabula, & in sacra pagina describenda, quæ sub pena mortis mandatur credi & reneri, &c. Item habetur in Baba Bairra in cap. qui vendit Piroth dicit Rabam. Ego vidi quandam Nereidem tam grandem sicut vna vlla quindecim domorum. Et venit quidem

coluber deglutivitque eam, demum uenit quidam coruus & deglutinuit colubrem, deinde volauit, & sedit super ramum arboris, &c. Respicite queso, & considerate si fortis erat ille ramus, & qualis arbor, & dicit ipse Rabbi. Si ego ipse non uidissem, non credidissem, tunc credite si uultis. Item ibidem dicit Rabba, transfretabamur mare, & ducebatur nauis super caudam unius piscis, super quam tribus diebus & tribus noctibus ambulauit. Et potius, quia piscis ibat versus orientem, & nauis ad occidentem. Et si diceres, quod nauis non ibat uelociter, interroga Rabbinum, et dicet tibi, quod in quantum unus homo posset calefieri ibat 60. leucas. Et cum eramus prope portum, uidimus homines proyicientes sagittas cum Balistis, & leuius ibat nauis nostra quam ille sagitta. Item dicit Rabba. Quondam ibamus in quadam nauis, & uidimus quendam volucrum stantem in aqua cui dabat aqua usque ad genua, & caput eius caelum tangebatur. Ego igitur uolui descendere ut ibidem me abluerem, credens quod non esset profun-

profundum, audiui uocem de caelo dicentem mihi. Caue ne feceris, quia septem anni sunt quod cecidit quondam securis in hunc locum, & nondum attigit ad profundum. Et dicit Rabbi Cahanna volucris illa uocatur Ziu. Item dicit Rabba, dixit mihi quidam gerularius, ueni ostendam tibi locum ubi caelum & terra ad inuicem osculantur, & profectus sum secum, & posui clamidem meam in quadam fenestra caeli, & diuertii me paululum ut orarem, & dum reuersus fui clamidem non inueni, & dixi, uidetur quod fures sint in caelo, & dixit mihi homo ille, non est nisi caeli sphaera, quae mouetur, sed reuertere cras tali hora, & reperies illam, & in crastinum reuersus, inueni illam. Et glossat Rabbi Salomon. Noli credere quod duxisset eum usque ad finem mundi, quia esset iter quingentorum annorum sed fecit eum ascendere ad montem excelsum, ubi poterat attingere caelum. Harum etenim uanitarum & mendaciorum multitudinem incredibilem in libris Hebraicis possunt reperiri. Et in tali doctrina stu-



dent et versantur sine intellectu, sine discretionem, sine pudore aut verecundia, sed sicut bestiales homines viuunt, &c.

CAPITVLVM QVIN-  
tum tractat de his, quæ sunt con-  
tra fidem Catholicam, & salua-  
torem nostrum dominum  
IESVM CHRISTVM.

**I**sti namq; cæci infideles & iniqui homi-  
nes, cum viderent fidem Catholicam &  
sanctissimã doctrinã Messie, videlicet IE-  
SV CHRISTI saluatoris nostri, per  
vniuersum mundum propter eius infinita  
miracula diuulgari, quæ per sanctos aposto-  
los, & predicatores, & confessores, &  
martyres Deus operabatur. Et hæc esset  
potissima causa quod eorum errores & ini-  
quitates apparerent & cognoscerentur, vt  
genus popularis illas melius obseruaret, de-  
derunt famam, quod omnes regulas & con-  
stitutiones statutas per eos, Deus statuerat,  
& præceperat Moysi viua vocis oraculo,  
facere.

facere obseruari in illis 40. diebus, in qui-  
bus steterat in monte, & legem oris illam  
vocauerunt. Item vocarunt eam Talmuth,  
id est doctrinam, & illis qui transgresso-  
res illius essent, maiores poenas imposuerunt,  
quam illis qui contra legem scriptam ve-  
nirent quomodocunq;. Sed hæc scriptura  
predicti Talmuth fuit incepta, & sub bre-  
ui ordinatione compilata, & hæc vocatur  
Misna, paululum temporis post templi de-  
structionem, per magnum eorum doctorem.  
tempore Antonini imperatoris, quem vo-  
carunt Magistrum sanctum. Quam qui-  
dem compilationem facere incepit quando  
vidit CHRISTI doctrinam dilatari per  
orbem vniuersum, pro vt Rabbi Moyses  
de Aegypto in prologo sui magni tractatus  
latius scribit, per annos 15. in his verbis.  
Et causa propter quam magister noster san-  
ctus hoc fecit, fuit, quia vidit quod studen-  
tes diminuebantur, & labores & aduer-  
sitates crescebant, & regnum nequam ascẽ-  
debat & dominabantur mundo, & Israel  
migrabat per extremitates, Et propterea

confunderentur. Errores & caerimonias phariseorum prædecessorum suorum in scriptis ponere statuerunt. Et ecce qualiter proditores ipsius, illos qui saluatoris doctrinam sequuntur, regnum nequam appellant. Item, postea viderunt magnam prosperitatem, quam sancta fides Catholica cõsecuta erat, & imperium Romanum erat caput mundi tempore Constantini imperatoris Christiani, & alia plures Insula & mundi regna, & quam multa notabiles personæ ipsorum Iudeorum ad fidem Catholicam quotidie cõuertebantur. Timentes, ne totaliter eorum studium periret, ipsorum Rabinorum & peritorum suæ legis & perfidiæ magistrorum, cætum in Babilone congregarunt, & totum Talmuth per manum duorum magistrorum ex illis, quorum nomina erant Rabina & Rabasse ordinauerunt, quæ quidem compilatio facta est quasi per quatuorcentum annos post passionem domini nostri IESV CHRISTI. Et signanter prope tempus illud, paulo ante claruerat beatus Hieronimus, qui cum magna sufficientia & facultate

tate quas habebat in linguis Hæbraicis, totam Bibliam ab Hæbraico transtulit in Latinum. Cum autem hoc ipsi cognoscerent et videret, quod in Biblia forent multi textus, ex quibus patent opera domini nostri IESV CHRISTI, atque misteria vnde se deffendere nequeunt, accepta Biblia multos eius textus falsificarunt & mutarunt. Sicut patet per quandam authoritatem, quæ est in Berexit Rabba, id est genesi magno de Rabbi Moysi predicatore. Et transumptiue in primo tractatu meo Capitulo octauo, & nihilominus eandem ad eorum modum per suos Rabbinos glossarunt. Et ad maiorem fraudem & deceptionem, omnibus Iudæis credere fecerunt, quod non est verbum aliquod in Talmuth, quin Moyses audierit à Deo patre istud. In tantum, quod in multis partibus Talmuth, vbi duo illorum studentium disputant intra se, supra causam quam cunque alius sic alius sic intelligunt differentur. De talibus, dicunt ipsi, disputatio siue cõtrouersia iam fuerat Moyse presente coram Deo antiquitus facta,

vsque in tantum, quod per generalem sententiam concludunt, quod de vnaquaque opinione verba sunt omnia dei viventis. Et ipsi proditores, inimici veritatis, ut vias rectitudinis obcecarent. Iudæisq; regebantur, per easdem tot iniquitates & abominations aduersus sanctam fidem Catholicam texuerunt, & contra saluatorem nostrum IESVM CHRISTVM, ne dum viliter & irreuerenter, quod omnia sunt nefandissima & prohibita quasi, in ore fidelium nominari, sed potissime absurdum in scripturis exarare. Est tamen mihi facere summe necessarium, ut sanctissimi domini nostri Papæ præceptis obediam, cuius sanctitas ipsorum errorum et iniuriarū, & iniquitatum relationem, vult habere, & in quibus Talmuth tractatibus libris & capitulis continentur, per quos sunt scripta Rabinos, ut ipsius sanctitas, fidei Catholicæ reuerentiam & honorem dei iustitia preuia, valeat prouidere, pro ut suæ competit sanctitati. Primum quidem declarant in Talmuth, quod sancta dei & do-

mini

mini nostri IESV CHRISTI quatuor Euangelia sunt comburenda merito, quod habetur in Sabbath. Et dicit ibi Rabbi Joseph, quod talis executio in die festo fieri debet, excepto quod nomina dei quæ sunt in illis, assumi & sequestrari, & caterilibri comburi. Rab. dicebat, imo etiam eisdem nominibus comburi deberent. Item reputant sanctam doctrinam domini nostri IESV CHRISTI, & sanctorum apostolorum suorum idolatria deteriore, & hoc dicit Rabbi Moyses de Aegypto, in libro Madda, in lectionibus idolatriæ, centum & nouem Christiani idolorum cultores sunt, & prima feria est dies interitus ipsorum, & ideo prohibitum est in tali die conuersari cum eisdem, neq; in alia die quacunque interitum illorum, & glossat Rabbi Salomon, quod interitus hoc loco sumitur pro festo. item habetur in cap. 10. Ne liceat nobis confederare cum idolorum cultoribus, nec pacem tractare cum eisdem, nisi laborare ut conuertantur ab eorum erroribus, aut interficere illos, & ideo si quis

viderit aliquem idolorum cultorem volentem suffocari in flumio, aut comburi, non eripiat illum, veruntamen non proijciat eum manibus in puteum, ex quo gens eorum non facit brigam nobiscum, sed omnia hæc de cæteris idolorum cultoribus intelliguntur. Sed illi qui destruunt & perdi faciunt Israel & sunt heretici & blasphemii, meritum est, perdere illos & impellere illos cum matribus usque ad putei profundum, angustiant enim Israel, & prohibēt populū à via dei, uti sunt IESVS Nazarenus, & discipuli eius quorum nomina confundentur. Et ab hoc poteris concludere, quod est tibi prohibitum, mederi illorum cultoribus, quanquam precium reddant, sed si fueris in loco timoris, poteris eos curare, pro præcio tamen, gratis prohibitum est. Item nō vendantur eis agri, vineæ, neque domus in terra promissionis, & est prohibitum laudare eos, ut si quis dicat, o quam pulcher est iste Christianus. Sed multo magis est prohibitum illius opera laudare. Item prohibitum est, illis

illis dare munera quæcunque neque dona, hucusq; sunt verba Rabbi Moyse, insuper infideles ipsi et iniqui, attribuunt redemptori domino nostro IESV CHRISTO omnes malitias quas possunt, iniurias & contumelias quas possunt imaginari. Primum quidem eum maleficiū dicunt, ut habetur in Sabbath cap. qui edificat. dicunt enim, Cap. 12. quod IESVS Nazarenus duxerat secum de Aegypto fictilia, & interclusit ea femori suo, cum quibus mirabilia faciebat, & inducebat plebem ad credendum, quod ex propria virtute faciebat, &c. Item dicunt in Herubin. cap. Facient tabulas, quod derident omnes doctores ex verbis doctorum Talmuth. In stercore fetido & profundo inferni purgatur. Et dicunt quod quidam doctor cum coniurationibus fecit exire Balaah & Iesum Nazarenum de inferno, & interrogavit Balaah quam penam patiebatur in inferno, qui respondit, quod puniebatur in caldaria plena spermate. Et interrogat Iesum, quā poenam patiebatur, qui respondit quod coquebatur in caldaria plena

stercoris feruentis. Inde aeternali poena crucientur animæ talium doctorum & auditorum, qui de mundi saluatore tali proferrunt, credunt, docent, & persuadent miseris auditoribus suis. Et sciendum est, quod de huiusmodi blasphemijs et sceleratis verbis, in ipso Talmuth infinita continentur, & talia quod turpissimum quid est illa ne dum nominare, sed inspicere vel audire, quæ pati non posset aliquis Christianus. Insuper etiam sciendum est, quod quodocunque ipsorum pessimorum & perfidorum infidelium, intra se nominant aliquid, Christianitatem aut fidem sanctam Catholicam importans aut demonstrans, illud denominant ita turpibus ita inhonestis, ita sordidis verbis sicut peius aut turpius pronunciare potest in Hebraico suo sermone, & magis effrenate & impudice. Nam de genitrice saluatoris mundi. Primo illam pollutam appellant mundi, alij publicam meretricem, Apostolos & Christi martyres lenones, sanctas vero meretrices, sacratam hostiam corpus pollutum, crucem, Christi abominatio-

nationem. Ecclesiam vero errorem, & prædicationem dicunt vllulationem, dominum nostrum IESVM CHRISTVM dicunt spurium, sacerdotes dei tonsos, & tonsuram sacerdotalem decaluationem, diem veneris sanctam diem prophanam, diem festum ruinam, & paruulos Christianos reptilia sponsum & sponsam muri legum & murilegam, & orationem defectum, omnes has nequitas dicunt, quia per sententiam est apud eos definitum, in libro Abodazara quod magnum peccatum est facere gratiam aliquam cultoribus idolorum, neque illos in laude seu bona significatiõe nominare. Item iubetur eis, quod quædo transeunt circa ecclesias & oratoria Christianorum, quod hunc dicunt versum. Domum Chioacarum diruat dominus. Et quando transeunt iuxta sepulchra Christianorum, dicunt. Erubescat mater vestra, repudiata est genetrix vestra, quia finis Christianorum vermis et putredo erit. Item vocant illos qui ad sanctam matrem ecclesiam & fidem Catholicam conuertuntur, destructores. Et in qua-

libet die tribus vicibus in orationibus eorum, mane scilicet vesperi, & nocte, talia verba replicant. Destructis nulla sit spes, & omnes heretici, & omnes qui loquuntur contra Israel, subito abscondantur, & regnum superbia cito frangatur & diruatur, & inimici nostri vniuersi humilientur, & breuiter in diebus nostris conturbentur, &c. Has & multas alias abominaciones & nequitas contra sanctam fidem Catholicam, & saluatorem nostrum dominum regem Messiam, dicunt: quas utique nominare omitto. Propter eorum absurditatem ac turpitudinem. Nam omnis Catholicus Christianus cui Deus tradidit potestatem hæc omnia corrigere et illos castigare, deberet & teneatur absque respectu.

&c.

♣

Cap.

CAPITVLVM SEXTVM  
tractat de rebus quæ sunt in damnum & magnum interesse Christianorum, conuerfantium cum Iudæis.

**T**almuth mandat expresse Iudæis, quod omnibus hominibus gentium aliarum, damnum inferant iuxta posse, & ledere conentur expresse, sed potissime Christianis, quos reputant idolatras, & dissolutos. Et primo illorum bona prophanant, & dicunt licere Iudæo sine peccato subripere illa, et est iam vulgare verbum apud Iudæos, dicens, quod error cõputi quæ fecerit Iudæus in decipiendo Christianum licitus est eis. Et habetur in Rabba, quæ viam. cap. Subripiens docent magistri quod si Iudæus & Christianus venit coram te ad iustitiam, quod respicias, si per legem Iudaicam, Iudæum ipsum iustificare poteris iustifica eum, dicens mea lex iubet. Quod si per legem iudaicam ipsum iustificare nequis & per legem gentium poteris iustificabis eum & dices Christiano: Lex tua ita iubet.

quod si nulla cautela præmissarum iustificare ipsum poteris, per cauillationes & fallacias illū ducas, quia sumere pecunias à Christianis, & extorquere, licitum est Iudæis. Reperimus namq; quod quidam doctor cui nomen Schmucl emit à quodam Christiano vestem auream, ponderis quatuor vnciarum, & decipit eum in vna. Et alius vocatus Rabbi Luchana emit ab alio Christiano Hydrias vini 120. & in solutione decipit eum 25. cui dixit Christianus, in tua conscientia me confido, &c. Item habetur in eodem cap. & in Sanhedrin cap. Mortis 4. quod ipse idem doctor Rabbi Cuhama iusserat fieri præconia, quod quicumq; Iudæus sciret ius Christiani, & testimonium perhiberet ex eo, esset excommunicatus, qui pecunias auferebat Israelitarum, aut gentibus illas exhiberet. Item in Sanhedrin. Reperitur in eodem cap. quod si Christianus percusserit Israelitam reus erit mortis. Et si Christianus sabbatum obseruat, reus erit mortis, quamuis faciat suum sabbatum in alia die septimana. Item, si Christianus se

disponat

disponat ad studendum in lege dei, reus erit mortis, quia læx non fuit data nisi proli Iacob. Item habetur in Mechilta, & recitatur per Rabbi Salomon in libro Glo. legis Moyse, supra illud Exod. 14. vbi narratur, postquam egressi sunt de Aegypto, qualiter persequutus est eos Pharaon cum tota eius militia, & affecutus est eos iuxta mare. Et queritur ibidem à datoribus. Vnde habuit Pharaon illas equitaturas, & respondetur. Ab Aegyptijs, Scribitur enim Exo. 9. Nam omnia Aegyptiorum animalia mortua sunt. Quod si dixeris, quod erant ex Israeliticis. Iam habetur. Exod. 10. quod populus Israel egressus fuerat cum omnibus iumentis & animalibus suis. Sed dicendum est, quod omnem militiam illam haberet Pharaon ex Aegyptijs, qui crediderunt monitionibus Moyse, & animalia eorum tempore grandinis fugerunt ab agris in domum. Ex quibus concluditur, quod illi qui Deum timebant ex seruis Pharaonis causa fuerunt vt mala damna populo eue-

O

nirent. Et ideo per sententiam diffinitur Rabbi Salomonis, filij Iarchi, qui loquitur cum quolibet Iudeorum dicens. Mulierem Christianorum occide, & mulieri, vt serpentum frange caput. Et glossat Rabbi Salomon, quod hoc intelligitur de Christianis illis, qui erga dei seruitium deuoti inueniuntur. Item iubent in Abodazara capitulo non constituant, & recitatur per Rabbi Moysen de Aegypto in libro Madda. Quod illi qui sequuntur doctrinam IESV Nazareni, taliter sunt tractandi, quod si quis viderit eos appropinquantem ad mortem, extinguat illos. Et si reperiet eos iuxta puteum, proyiciat intus, & reuoluat lapidem supra puteum ne egrediantur. Et si sit in puteo scala, auferatur, ne ascendere possit. Item dicunt, quod est prohibitum vendere Christiano aliquam possessionem, quo vis precio, neque iumenta, pro maiori precio valoris eorum. Item, quod si Christianus commiserit aliquod delictum, debet cum vno tantum occidi teste. Item prohibent

hibent mulieribus eorum, ne lacte Christianorum nutriant filios eorum, quia nutriret eos pro idolatria. Neque consentiendum est, quod Christiana nutriat filios Iudeorum, quia suspicandum est, ne suffocet illos, tamen si cum custodibus fuerit, tollerandum erit. Item non est consentiendum Christianis, tenere studia neque scholas. Plura & similia ponuntur in Talmuth, in damnum & interesse maximum Christianitatis, & fidei Catholicæ, quorum Historias ad presens ommissi scribere, tum propter eorum ineptitudinem, tum ad euitandum tantum circuitum. Ex his tamen sanus intellectus facile percipit infirmitatem, & abusionem eorum, quæ etiam scripta non sunt. Et cum hoc facio finem huic tractatulo abominationum horum hominum perfidorum, & eorum doctrinæ perfidioris, nulla Fide, nulla humana ratione fundatæ. Inuoco tamen diuinam misericordiam, vt tantæ dementiæ velamen, & cæcitatem auferat à cordibus eorum,



& eosdem in clare notionis veritatem, &  
 viam inducere dignetur, præstante domi-  
 no nostro **I E S V C H R I S T O**,  
 à quibus traxit originem secundum  
 carnem, & pro quibus mori di-  
 gnatus est, qui cum spiritu  
 sancto viuit & regnat  
 Deus, per infinita sæ-  
 cula sæculorum,  
 Amen.



**N**OTA, qui legis, quod Anno  
 M. CCCCXII. de mense Au-  
 gusti, hic liber sacratissimus sine con-  
 tradictione, aduersus perfidiam Iu-  
 dæorum compilatus fuit, per uene-  
 rabilem doctorem, Magistrum Hie-  
 ronimum de sancta Fide, olim Iudæum,  
 ex cuius recitatione, ultra quinque  
 millia Iudæorum conuersi sunt ad fi-  
 dem Christi. Vnde omnis fidelis Chri-  
 stianus, hoc opus sacrum, ex debito  
 debeat memorie tradere, tanquam  
 munus ab æthere legatum.